

**De conservatione sanitatis / [Benedictus de Nursia].**

**Contributors**

Benedict, Saint, Abbot of Monte Cassino.

**Publication/Creation**

[Rome] : [S. Plannck], [1485?]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/bxedy6x9>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Benedictus de Nursis.

Case 3-a. 18.

ff 62  
Lyz,

13 mag.

Nunquam Comitatus  
De cunctis locis mundis

Roma. Augustus Ptolemaeus

1610

Top. 4444

C. 3820

65.D.14

29876

By (Benedictus d) Nursia

[Rome]

62 long  
32 long not after 1487

no sign. etc.


Blank leaf at beginning and end.

not in Hain -

not in Br. Mus.

Rome or  
Stephan Plannck. not after 1487.

pap. 111



Tabula huius libri.

De Aere.	cap. i.	Cappari.	.xvij.
Exercitio.	.ij.	Eucurbita.	.xxvij.
Sonino et vi.	.iij.	Cucumere.	.xxix.
Purgatione.	.iiiij.	Citrulli.	.xxx.
Cibo et potu.	.v.	Cerasis.	.xxxi.
Anigdola.	.vj.	Cicere.	.xxxii..
Huellana.	.vij.	Caulibus.	.xxxij.
Anido.	.viij.	Caseo.	.xxxiiij.
Aneto.	.ix.	Carnibus.	.xxxv.
Atriplice.	.x.		.
Acetosa.	.xi.	Dactilo	.xxxvij.
Acrumina.	.xii.		.
Aniso.	.xiii.	Endiuia.	.xxvij.
Agresta.	.xiiij.	Eruca.	.xxxvij.
Aceto.	.xv.	Enula.	.xxxix.
Aquis.	.xvj.		.
Aromatibns.	.xvij.	Ficubus.	.xl.
	.	Fungis.	.xli.
Basilisco.	.xvij.	Farre.	.xliij.
Boragine.	.xix.	Fabis.	.xliij.
Buglossa.	.xx.	Faseolis.	.xliij.
Bleta.	.xxi.	Feniculo.	.xlv.
Butiro.	.xxii.		.
	.	G.	.
Citro.	.xxij.		
Citonio.	.xxij.		
Castaneis.	.xxv.		
Crismula.	.xxvj.		

<b>G</b> ranopini.	.xlvi.	<b>A</b> lasturtio.	.lxiii.
<b>G</b> ranato.	.xlvii.		.O.
	<b>H</b> .		
<b>H</b> oleribus.	.xlviii.	<b>O</b> linis.	.lxviii.
		<b>O</b> leo.	.lxxv.
		<b>O</b> rdeo.	.lxxi.
	<b>J</b> .	<b>Q</b> uis.	.lxxii.
<b>Z</b> umba.	.xlii.		
			<b>P</b> .
	<b>L</b> .		
<b>L</b> actuca.	.I.	<b>P</b> ersecis.	.lxxviii.
<b>L</b> upino.	.II.	<b>P</b> runis.	.lxix.
<b>L</b> entibus.	.III.	<b>P</b> iris.	.lxx.
<b>L</b> acte.	.III.	<b>P</b> ortulaca.	.lxxi.
		<b>P</b> etrosillino.	.lxxii.
		<b>P</b> omis malis.	.lxxiii.
		<b>P</b> astina.	.lxxiii.
	<b>M</b> .	<b>P</b> iscibus.	.lxxv.
		<b>P</b> ane.	.lxxvi.
<b>M</b> elonibus.	.lxxii.		
<b>M</b> oro.	.IV.		<b>R</b> .
<b>M</b> ora.	.Ivi.		
<b>M</b> enta.	.Ivii.	<b>R</b> igo.	.lxxvii.
<b>M</b> aciano.	.Iviii.	<b>R</b> obilio.	.lxxviii.
<b>M</b> aiorana.	.Ix.	<b>R</b> apa.	.lxxix.
<b>M</b> elle.	.Ix.	<b>R</b> uta.	.lxxx.
		<b>R</b> ozemarino.	.lxxxi.
	<b>A</b> .		
<b>R</b> uce.	.Ixi.		<b>S</b> .
<b>R</b> espila	.lxii.	<b>S</b> pinatia.	.lxxii.

Senationibus..	.lxxiiii.	Uuis.	.xcii.
Sparago.	.lxxviii.	Uuapassa.	.xcii.
Sinapi.	.lxv.	Uino.	.xcii.
Se-canapis.	.lxvi.		3.
Sale.	.lxvii.		
Simula.	.lxviii.	Zuccaro.	.xcv.
Saluia.	.lxix.	Animę passionibꝫ.	.xcvi.

.L.

Trilis.	.xc.	Tabula super hoc opus/
Tuberibus.	.xci.	sculo finit foeliciter:

**D**sequitur nunc libellus ipse de conseruatione sanitatis: secundum ordinem Alphabeti distinctus. Per eximium doctorem magistrum Benedictum compositus.

**D**e Aere Capitulum primum.

 Unum decet studio emergentes morboꝫ insidias deprimi. Ut propria temperie et proportionali harmonia sanitas cōseruetur: qua nihil p̄t̄er animoꝫ virtutes melius aut optabilius humano generi a natura tributum est. Nec ipsi animoꝫ actus aut potentie absq; corporis sanitatem pfici possunt. Frustra etenim egrotante corpore ad virtutuz aut scientiarum gynnasia conaremur. Sed illoꝫ maxime attendenda est sospitas. qui non solum sibi: sed gregi populoꝫ viuunt. Hinc ē beatissime pater. q̄ digniori solertia ad vestre sanitatis conseruationem: operā dare decet. quod omnipotentis auxilio iſrascriptis regulis assequeris. studendo pri-

mo pro frequentatiori habitatione quantu<sup>m</sup> facultas aderit  
puriorem & salubriorem aerem in prouincia uestre gubernationis eligere: quod non solum ad sanitatis conseruatione<sup>m</sup>  
sed ad intellectus & rationis perfectionem cedet. Antiquo<sup>m</sup>  
quidem ostendit auctoritas: & experimentum comprobat q<sup>uod</sup>  
impurus & grossus aer non solum corpus: sed intellectu<sup>m</sup> in/  
geniumq<sup>ue</sup> hebetat: & rubigine quadam fere singulas anima/  
les virtutes obtundit. Ideo refutandus est clausus & non  
euentatus aer: & habitatio profundarum vallium: & locoru<sup>m</sup>  
ubi est propinquitas aquaru<sup>m</sup> lacunalium dormientiu<sup>m</sup>: & ce/  
nosarum paludium. Licet enim philosophie demonstretur  
impossibile esse purum aerem: aut aliquod elementu<sup>m</sup> sim/  
plicium putrefieri. Tamen si terrestribus & aqueis vaporib/  
us sit admixtus: sit grassior & impurior: & redditur putresci/  
bilis: & tanto nocibilio<sup>r</sup> existit quanto deterior est materia  
vnde fit euaporatio. Immo intantum aliquando ex quibus  
dam mineralibus aquis: & terris venenosis ificitur: vt aues  
desuper uolantes: quadrupedia: & homines transeuntes ili/  
co interficiat. Nec mirum quia ad cor subito attingit inspi/  
ratus aer: quod cum sit nostr<sup>e</sup> vite fons & singularum vir/  
tutum origo: suscepta venenosa infectione inferiuit. Eligat  
igitur omni tempore purus aer: & secundum diueriam anni  
partem in suis qualitatibus temperatus. Estate quidem ha/  
bitetur locus puri & clari: frequentati & subtilis aeris ad tempe/  
ratam frigiditatē declinantis: detecti etiā versus orientē et  
septentrionem: qui non tarde calefit dum sol ortitur: & etiō*s*  
frigidatur dum occidit. Frigidiori vero tempore possūt ha/  
bitari loca frigidiora non tantu<sup>m</sup> euentationis montib<sup>m</sup> a bo/  
rea & septentrionali aere defensata: ad temperatam calidi/  
tatem declinantia. Quod si oportunitate gubernationis ve/  
stre contigerit ad aliquam terrarum pestilentis aeris vos  
transferre: cauenda est habitatio loci multe euentationis:

quoniam ibidem per anhelitum et poros venarum pulsatili-  
um sit facilior in corde venenosa impressio. Imo eligenda est  
domus clausarum mansionum: que primo per diem ante re-  
ctificetur cum accensione ignis in medio salaruz et vestre ca-  
meræ: ex lignis iuniperi: aut quercus: aut myrti: aut cupres-  
si: aut vitium: et cuz fumigationibus thuris et modico myrre  
aut alijs ab auctoribus in eandem materiaz ordinatis. Extin-  
co tandem igne: et mundatis bene mansionibus si estas fu-  
erit aut autumnus: aspergantur ex herbis recentibus non  
multarum humiditatum et aquaticarum: sed ex foliis canna-  
rum viridium: salicis: vitium: aut myrti et similiu: irrota-  
tis cum aqua frigida et aceto: obseruando alias regulas ne-  
cessarias: a pestiferi aeris nocumento preservantes. Etiam  
stante optimo aere in prouincia dum terras gubernationis  
vestre visitare contingit: bonum est ut per diem ante rectifi-  
cetur aer vestre habitationis ex accensione predictorum lig-  
norum: suffumigatione: sparsioneq; foliorum: et predictoruz  
rerū irrogatione. Nam aer nō habitati palaciū qui diu clau-  
sus stetit: potuit faciliter aliquarum malarum qualitatuz et  
putridarum affectionum suscipere: quas melius est ante ve-  
strum accessum rectificare. Ignis quidem et maxime odoris  
feris ex lignis: omnium putredinum et qualitatum aeris est  
rectificator bonus. Omnes igitur aeris distemperantie fu-  
giendæ sunt: quia cum aer sit nostræ vitæ necessarius: et prin-  
cipaliter ut sua inspiratione pulmone flabellante cordis ca-  
lorem refrigeret et euentet: ne ad igneatatem perueniat et ut  
sua inspiratione a fumosis et capinosis vaporibus cor mudi-  
ficit et expurget foeliciter ad illam distemperantiam cor in-  
duceret: aut membra alia ad que p; poros ingreditur ad quā  
distemperatus existeret. Et præsertim fugienda sunt cauma-  
ta: et rabiosi calores estiui: quia corpora resoluunt: dige-  
stionem et appetitum cum anxietate debilitant: innatum

innatum calorem exaltare faciunt: et humores ad putrefac-  
tionem p̄parant. Et venti quidem meridiouales sunilia fe-  
re accidentia evenire faciunt: et cuz hoc caput grauant; atq;  
audituz obtundūt. Ideo ab eoꝝ expositione cauendū est. Et  
propter hoc antiqui estate preceperūt loca recētia habitari:  
aut palacia quę versus boream et septentrionalem regionem  
amplas et aptas fenestras habeant: ut libere habitanda do-  
mus septentrionali aere inspiretur. Ab intentissima etiā pe-  
ris frigiditate caueri decet. Nam licet remissuz frigus dige-  
stionem fortiorē efficiat: et naturalem calorem ad intērio-  
ra vniendo vigoret: attū dū intensum est et p̄prie flante bo-  
rea naturalem calorem mortificat dolores nervoz: tusses:  
catarros: pectoris atq; vesicę passiones inducit. Tunc qui-  
dem p̄cipitur bñ clausas habitari mansiones: ignis accensi-  
one calefactas: et corp⁹ cū densis vestimentis et pelliferis a  
tali alteratione tueri. Dūq; ignis rsum oportunū faceret:  
cauendum est a nimia calefactione supflua. Diligenti igit̄  
attentione cauendum est si tpibus frigidis contingenteret dor-  
mire v'l habitare in camera aut mansione testudinosa et vn-  
dicq; intranspirabilit̄ obserata: ne p̄mittatur ignis carbo-  
num intus accendi. qm̄ temporib⁹ nostris aliqui fumo et ve-  
nōsis carbonum vaporib⁹ in locis phibite transpirationis  
perire et plurimi ppter celerem succursum mortis periculuz  
quasere. Contingit dum essem perusii: quidam scolares mei  
me ad eoꝝ sociuz celeriter conduxerunt: quem absq; sensu et  
loquela dimiserant: ob id q̄ itestudinosa sui studii māsione  
ignem carbonum habuerat: qui in aere quentato fricationi  
bus extremonrum et odoribus cerebrum confortantibus: ilico  
sensum et loqlam recuperanti. Eadē hieme apud carcer offi-  
cū mercantiarum Florentię omnes carcerati iam soporati  
perissent: nis i vnu illorum minus a venenoso fumo lēsus  
propter esse iuxta caceris ostium: miserabili clamore auxili

um innocasset. Quod si oportunitas ad necessitatem ignis carbonū induceret: aperiende sunt fenestrae frequenter: aut ostium: ut venenosī fumi valeant expirare. Nam vitrum qđ ex consuetudine inter carbones imponitur: parum prodest.

**D**e Exercitio et quiete superflua et ociosa marime quitan-  
da.

Cap. ii.

**Q**uoniam temperatum exercitium ad sanitatis conseruationem singulare auxilium prestat. Ideo superflua et ociosa quies veluti sanitatis inimica quietet. Sicut rubigine ferrum consumitur: sic ocio humanum corpus marcescit. Ipso namq; naturalis calor obtunditur. spiritus ingrossantur: et superfluitatum resolutio impeditur. qđ etiam humorum putredinem preparat. bonas complexiones permutat: et ad varias egritudines viam prestat: a quib; p ordinatum exercitium preservamur. Ipsum etenim multis a morbis humana preservat corpora. superfluitates cuiuslibet digestionis: aut insensibiliter resoluit: aut expulsioni habiliores facit. Quapropter ab assumptione medicinaru; solutuarum que ut plurimum venenositate participant: et corpus inueterant: nos excusat. Prohibet materias ad repletionem aggregari. calorem innatum vivificat. digestionem preparat. membra ad nutrimenti susceptionem habilioea facit: et omnibus membris in suis operibus agilitatem prestat. Studendum est igitur ad usum laudabilis exercitii: qđ nunquam fieri debet inanito et famelico multum corpore: neq; δ propinquo nimia crapula repleto. sed respectu cibi ad inseriora descensio celebrata ima primum digestione secunda que secundum varias complexiones et varias ciboru; qualitates diuersimode prolongantur. Condecēs est igitur exercitii celebratio: dum propinqua futuri cibi hora adueniet. Primo tamen experiencingo ut corpus ab egestionibus et vinali sup-

fluitate mundetur. Illa quidem exercitia iurta Galieni doc-  
trinam in libello de parua sphaera: eligenda sunt: que non so-  
lum corpora laborare faciunt: sed letam animam reddere pos-  
sunt. Multi: ut inquit: liberati sunt ab egreditudinibus: gau-  
si solum: multi vero capti fuerunt tristati. Ibidem Galienus  
laudat inter cetera electa exercitia: temperatum ludum: par-  
ue pilae: non ut illum honestati Beatissime pater vestre con-  
gruum sit describitur: sed ut nota illius bonitate innote-  
cat: quale exercitium eligere valeas: et ad quid se possit extre-  
dere religionis honestas. Illud exercitium laudabilius exis-  
tit: vbi est singulorum membrorum proportionalis labor. Non  
enim omnia membra tantum laborare decet. In ludo qui  
dem parue pilae omnia exercentur membra: et in eorum labo-  
re est iusticialis proportio. Nam tibi et brachia magis labo-  
rant. Caput autem: dorsum: pulmo: torax: lumbi: et mens eti-  
am sollatiose eorum naturalem exigentiam mouentur. Ideo  
scriptorum labor ab omnibus blasphematur: quia mens solu-  
e et brachia laborant: et sic tantum a bonitate exercicii ars de-  
ficit. quantum laborem inter cetera membra minus que  
distribuit. Juxta ergo predictum modum ut possibili-  
tas aderit decet venationem: ambulationem: equitationem  
et exercitiorum quodlibet obseruare. Sistendum est ab exerci-  
tio dum nimis ex labore frequentatur anhelitus: et dum te-  
diosa incipit fatigatio. vel dum notabiliter membra superca-  
lefieri contingit. Perseruari tamquam potest exercitum: usque ad  
lapsitudinem exclusum: quod si tunc sudor fuerit: bonum est in  
camera clausa in loco calido pannos sudore madefactos an-  
te corporis infrigidatores exui: et binda subtili leviter fricari. et a  
superfluitatibus sudoralibus abstergi: et illico pannis lineis  
recentibus reuestiri: prius tamen calefactis: si temporis a-  
dasset frigiditas. Caveatur quantum possibile est superflu-  
us labor. Nec te inuentus: aut corporis robur decipiatur: ut sa-

nitatem negligas. Tunc quippe de sanitate auaros esse de/  
cet: dum multum sanitatis habemus. Nam tarde ad auarici  
am sanitatis incurrimus: dum senescimus aut egrotamus.  
Quod si emergenti conditione prouincie ut armatus: aut  
inermis: velut solet: aut apud renationem fatigari contin/  
gat: cauendum est ne quies post laborem fortem in loco mi/  
nus eventato: et a ventorum aeris distillati expositione. Nam  
tunc facillime in complexione vestra et maxime rarefactis po/  
ris ad interiora corporis penetraret aeris distillatio: quod  
aduersarum egreditudinum dispositionem induceret. Pectina  
re insuper: et leuiter panno caput fricare singulis diebus post  
resurrectionem de mane: et semel ipsum ablucere in septima/  
na ieuno stamacho: et cutem capitibus: et capillos terros habe  
re bonum est. Cerebrum enim a caliginosis et superfluis va/  
poribus depurat et solertiorem mentez facit. Pedes preterea  
ablucere semel in septimana de sero aut ante cenam aut in bo/  
ra accubitus: dum contingit ex ieunio non cenare: aut de  
mane capitibus fricatione ex vino decoctionis rorismarini: sal  
ui: cyperi: et similiu[m] in hyeme: et in estate frequentius eis  
dem horis aqua tepida decoctionis rosarum: foliorum myr/  
ti et similiu[m]: bonum erit. Tranquilliorem enim somniū p/  
stat: caput et membra sensuum exonerat: ascensuros etiaz fu/  
mos ad inferiora diuertit. et superiora depurat. A balneati/  
one autem aquarum sulphurearum et mineralium: nisi ali/  
qua impellat emergens passio: cauendum est. Sanis qui/  
dem nocet: virtutes membrorum principalium et appetitū  
debilitando. Quod si ablutionis causa has aquas aut ma/  
rinas intrare contigerit. Caveat ab infusione capitibus: et sta/  
tim facta ablutione antea quam cutis ruborem accipiat: ex/  
eat aquam. Caveatur etiam a balneatione aquę actu/  
aliter frigide. quod si propter sudorum vestigia: aut cutis

superfluitates quandoq; balneari libuerit: si in e; state fuerit  
sit tina cum aqua tepida: vbi parumper bullierint rose: myr-  
tus: capillus veneris: et similia. In hyeme vero bonuz est in-  
gredi stubas: non tamē multum supercalefactas. et facta ab  
lutione et leui abstersione. attendatur ad bonam pannorum  
cooperturam: ne tunc ad membra attingeret aeris frigidis-  
tas. Attendenduz insuper est q; stubz in pestilenti tempore  
prohibentur: tum quia facilius fit humorum ebullitio: tu-  
pi quia venenum socijs in mansionibus testudinosis et marie  
corporibus nudis et supercalefactis facillime cōmunicatur.  
ex uno. n. infecto anhelitu omnibus sociis posset fieri conta-  
gium. quia quem immundus expirat aerem ilico inspirare  
necessse est. Aec balneatio subito post laborez esse debet: sed  
requirit horam: et stomachum nec inanitum nec repletum: si-  
cūt de exercitio dictum est: nisi de illo cuius intendere im-  
piguatio: quem medici precipiunt balneari subito post cibū  
Balneum. n. ieuenum et famelicū macrefacit et exiccat. Si in  
eo multuz moretur: saturuz durante saturitate impinguat  
sed cauere debet ille qui impinguationez querit a facili quē-  
tu opilationum et balneo in saturitate: quia sunt multaruz  
egritudinum productiue.

**D**e Somno et vigilia. Cap. iij.

**S**icut oportunum est ad sanitatis conseruationem  
motibus et exercitio quietem proportionalem fieri  
sic vigiliis somniū pportionari decet. Multū etenim quieti  
somnus et vigilia motui similis existit: licet insit homini vi-  
gilia alternatim aut somnū. Creavit tñ eū altissimū ad vigi-  
landū poti? q; ad dormiendū ex bonis quidē humani gene-  
ris finibus est opatio: nec ad operam studet nisi vigil. Ideo  
philosophi vigiliam esse dixerunt dispositionem videntis.  
in q; naturalis calor ad exteriora expandit: et aiales spūs ad  
ad instīta sensus et mot? effūdunt: ut eis ad opatiōes utant-

nec diu vigilare possumus. nec ad operationes post longas  
vigilias apti sumus. Quapropter a superfluis vigiliis sum  
mo studio caendum est ipse. n. dum superfluæ sunt: virtutē  
prosternunt: digestionem faciunt diminutam: naturaleꝝ ca  
lorem & spiritus resoluunt: visum debilitant: cerebrum exic  
cant: rationem permiscent: corpus aresciunt: & ad diuersas  
egritudines ipsuz preparant. Ideo peropportuna fuit somni  
infruentio. Temperatus etenim somnus restaurat spiritu  
in vigiliis resolutos. calorem vigorat innatum. laxitudineꝝ  
ex laboribꝫ & vigiliis inductam remouet. & omnes natura  
les operatōes fortiores efficit: sicut narrat Aristoteles in li  
bello de somno & vigilia. Opus nutritiū virtutis dormien  
do potius q̄b vigilando perficitur. ideo antiqui copiosius  
cenabant q̄b pranderent: quia cene propinquior est nor: in q̄  
propter somnum perfectior celebratur digestio. Ad nimio in  
super somno caueri oportunum est. quoniam dum superflu  
it. corpus grauat. virtutes motiuas et sensitivas obtundit:  
appetitum deiicit: capitis grauedinem inducit: tandem ad  
egritudines frigidas et catarrales preparat: non q̄ somnus  
melior em digestonem non faciat: sed superfluitatum resolu  
tionem prohibet: Et vigilia melior em q̄b somnus appetituꝝ  
inducit: non q̄ melior em digestioneꝝ efficiat: sed quia super  
fluitates resoluit & virtuti expulsiꝝ auxiliū prestat. Omnes  
fere superfluitatū euacuationes somnus retinet: nisi q̄ alii  
quando sudores prouocat. Ideo attentione dignū est vt me  
dici concilium postuletur: si contingit Sanctitatem vestrā  
in somno absq; manifesta causa sudare. Nam tunc aut corp  
cibum ultra quam opteat suscipit: quē tollerare nequid. aut  
euacuatione indiget: ne in futuram egritudineꝝ preparetur  
Ad sanitatē igitur conseruandā somnus vigiliis subordinā  
dus est. Proportionalis etenī somni q̄ntitas ē inter tertia &  
quartā nostri temporis partē. Complexione tamē tuę satis ē sex

aut septem dormire. et decem et septem in qualibet die natu  
rali vigilare. caueatur a subito somno post cibū quia stoma  
cum et caput grauat. catarros multiplicat. reuolutōes de la  
tere in latus frequentat. somni profunditas interrumpitur  
et digestio impeditur. Bonus est igitur illico post cibi assu  
ptionem non capite aut dorso inclinato: sed fere rectus sede  
re ant stare: aut absq; labore lentissime ambulare quoisque  
prima digestio celebretur: et de stomacho ad ventrem cibus  
descendat: ita q; inter cibum et sonnum duarum horarū di  
stantia interueniat: in quibus horis laudabile est a menta/  
libus occupationibus precaueri: quia meditationibus natu  
ralis calor a digestione distrahitur: et cerebrum quod cogi  
tative virtutis organum existit: laborat et facillime superca  
lescit: et aptius ad vapores et catarales materias suscipien  
das redditur. Id igitur parum tempus sanius est in placita  
rum rerum aspectu: et solaciosis raciocinijs occupare. Quā  
tum possibile est caueri debet diurnus somnus qui ab omni  
bus auctoribus blasphematur et debilitat appetitum: humidi  
tates catarales multiplicat: colorem bonum corrumpt: cor  
pus fere totum ad pigritiam impellit. Quod si diurni som  
ni verusta affuerit consuetudo potest in meridie concedi to  
taestate apud dierum magnitudinem per unam horam que  
cum septima vigilia compensetur: ne celebretur in plurimis:  
nec ubi accidit nimia soporis calefactio: sed sit locus ad fri  
giditatem declivis: supradictis virentibus herbis aspersus  
et exutum dormire in die aut saltem de maspillata diploide  
et decalceatus cruribus et pedibus minus malum est. Nam  
cum conclusis vestibus et calceamentis dormire impedit qua  
porationem: que propter diei caliditatem in somnum fieret  
imo fumis ad interiora reflectit: qui quandoq; membroꝝ et  
capitis grauedinez inducūt: digestionē impediūt et somnum  
inquietat. Malum insuper ē post longā famem inanito sto

macho dormire: quia non sit spiritibus in vigilia resolutis  
tam bona restauratio et vitam breviorem efficit. Nam calor  
et spiritus qui propter somnum extrema d[icitur] relinquentia ad  
interiora recluduntur: ex maiori unione in eorum actiua vir  
tute intendunt et vigorantur: non reperiendo nutrimentum  
in quod agere debent in humidum radicale quod est innati  
caloris pabulum: vertitur actio: ipsum ultra quam oportuni sit  
resolviendo et terrefificando: quod ad brevior[em] vitam auxi  
lium prestat. Melior somnus quem præligendo debemus est  
nocturnus. Ex temporis quidem dispositione: ex tranquillo  
quidem silentio: ex obscuritate: et ex aeris frigiditate multas  
in se quas narrare omitto bonitates aggregat. et ille proprie  
qui profundus est cum ex quo strepitu non ercitatur. Inter  
rumpere non somnum noctuum est: a digestione quidem natu  
ram cessare facit: et discontinuat eius actio in nutrimentu[m]  
ex melioribus figuris. Accubitus in somno apud dispositio  
nem vestri stomachi et debilem eius digestiua est primo su  
per ventrem et stomachum dormire: parvulum et molle pul  
uinar sub stomacho amplectendo et maxime dum scires cibaria  
difficilioris digestionis comedisse. Talis non accubitus ma  
num in digerendo auxiliu prestat. calorez naturali vigorat  
nec tot flegmata generari permittit in stomacho. cessari ta  
men debet puluinar quanto possibile est ab epatis regione in  
parte dextra ne nimium epar tali accubitu supcaleat. q[uod] si ali  
quando aliter dormire libet: primo somno sup latere dextro  
incipiendum est. deinde in sinistro iuxta possibilitez in der  
tro latere requiescere. Cauendum insuper est a re supina dormiti  
one: q[ui] ad incubu[m] et catarales et humidas preparat egritudines  
Supfluitates. non q[uod] per proprios canales ut per patrum: nares et  
huoni fluere debet ad posteriores cerebri partes declinare facit  
memoriam et motuorum nervorum radices replet impedit et obtur  
dit supinam p[ro]pterea accubitur rectam aeris inspiracionem impedit

Fumosi etiam vapores qui ab inferioribus partibus ad medium capitum velut ad totius corporis caminum tendunt: ad anteriorem cerebri partem: quae in tali accubitu superexistit reflectuntur. qui dum in humiditatem conuertuntur: non habent rectam descendendi viam. Sic etiam illi parti impedimentum prebet. Dormiendum igitur est capite elevato proportionaliter cum pectore et superioribus dorsi partibus cum pluribus pannis quam in vigilia: quia in somno spiritus et naturalis calor ad interiora retrahuntur: et extrema remanent depauperata calore. contingit quandoque apud dignitatem vestri officii in exercitu castrametationibus comperiri. Ibi inter cetera cauendum est: ne per fenestras aut spiraculum aliquod intercidens lunae radius te dormientem reperiat: et maxime si caput attigeret: reumatissima generat: frigidos dissoluunt humores: et sanguinis creaturam possidere facit. Intercidente. n. lunae radio per fenestram: magis nocuum est quam extra domos dormire: vel ambulare lumine lunari versus corpus circumdante: quia radius per fenestram cum toto humectatio et in frigiditatem lunae influxu ingreditur sed non cuicunque tanto lumine. Lumen. n. ut philosophi volunt est per se calefactuum: licet per accidentem infrigidari possit dum virtute frigidorum austrorum induitur. In campestribus quidem est plus de lumine quod est frenum infrigidatiunem virutis. Et propter hoc Aristoteles in prolematibus quereret: propter quid noctes plenilunij sunt calidiores.

**C**ap. iii.  
De purgandis corporibus delicate viventibus ad minus semel in anno.

**S**untatis conseruationeque impedit evanescere quod retinendum. aut retinere quod expelli debet. quia in climatibus nostris fere nunquam repetit temperatur

corpus quod nullo medicine auxilio indigeat: ideo ad minus semel in anno purganda sunt corpora delicate viuetia et laboriosis artibus non videntia. Unde bonum est Sancti tatem vestram circa medium veris syrupis et leui potionem purgari: quo ego nuper describere: sed vereo: propter humani corporis facilem mutationem: ne illo tempore noua aliqui humoris emergetur dispositio diuersa aut maiori attentione digna. Quapropter laudo ut presentis medici consilium queratur: apud quacunqz vestre prouintie ciuitatum vos reperiri contingat: et principaliter attendat ad debilem vestri stomachi digestionem: et flecmatum in eo et ventositatum multiplicationem: et ad catarri dispositiones non derelinquendo naturalem calidam vestram complexionem: et epatis caliditatem: informando semper medicuz qz corpus vestrum aut propter delicatam eius naturam: aut propter regionalem complexionem debili et exigua medicina solvantur: et forte abhorret. Interea studendum est bis aut semel in die habere beneficium ventris. Quod si naturaliter non evenit: succurrentum est cum arte suppositoribus aut clipsteribus leuibus ex communis decoctione. Sed si ad rugitus et ventositates ventris intendere oportet: ad datur in decoctione de aniso: feniculo: floribus: camomile: et similibus: cum media vncia bñdicte simplicis: aut plus cum oleo rutaceo et similibz: aut sumere tres vel quinqz pilulas de aromatibus secundum opportunitatem de mane aut de sero: semel aut bis in septimana: quia sunt debilissime solutionis: modo indigent custodia multarum expertarum virtutum: ut ab auctoribus nostris laudantur. Videntur n. ad dolorem et grauedinem stomachi ex flecmate in ipso existente: et sunt vehementis iuuamenti in mundificando cerebrum ab humoribus grossis et putridis. catarro etiam resistentes: et omnibus instrumentis sensuum conferunt: et di-

gestiuam virtutem confortant: quarum descriptionē ppter  
plūritatem hic non pono: sed ī Mesue requiratur: dum re  
ceptam pillularū elephanginarū describit. Hęc quidez  
pillulę dispositioni vestre aptissime sunt: q̄ cum suis virtu  
tibus caliditati epatis cōferunt: eius opilationes aperien  
do & confortando: dumq̄ digestionis stomachi sentiret de  
bilitas: portetur super stomacho cerotum masticinum sim  
plex: quod ex solo puluere masticis fit ponendo in stagia  
tello vnciam unam pulueris masticis cum trib⁹ guttis fo  
lum olei masticis tenendo super lentum ignem quoisque  
liquecat: & tunc subito antea q̄ indurescat expanditur in  
coreo ad formaz scuti & ponatur super stomacho. Istud enī  
cerotum ita absq̄ ligatura stomacho adheret: ut fere inna  
tum videatur: & absq̄ fastidio fit eius portatura: nec stoma  
chum ad aliquā qualitatē alterat: sed ipsum soluz in digi  
rendo confortat. Ex meliorib⁹ insuper rebus vestre com  
plerioni conferentib⁹ est usus infrascripte confectionis:  
quę mirabilis existit iuuamenti: Cerebro quidē: stomacho  
epati: & spleni confert: & eorum digestiūa confortat. Dispo  
sitio ad febres: ad catarros: ad iuncturaz & ventris dolo  
res: & ad emoroides mirabile auxilium prestat. oris odorē  
bonum efficit. colorē & faciem clarā reddit. tristiciaz remo  
uet: & pprie illam cuius radit ignorat: humorib⁹ melan  
colicis frenum ponit. cor cōfortat. spiritus puios & subtilez  
facit. animam letificat. bonā memoriā inducit: & ad bonos  
poperat mores. & corpora contra venenaz potentiora reddit  
& multum ea antiqui reges usi sunt. Cuius hęc est descrip  
tio. Recipe rosarū rubearū: triū sandaloꝝ anadrgmaz vnā  
& semis. corticum cytri. seminis cytri. been albi & rubei. lig  
ni aloes. mente sicce ana dragnā vnam. scrupulū vnū. ma  
sticis. macis. galange: piperis. macropipis. doronicis. nu

cis muscate·garofiloꝝ·cynamoni·azari·zinziberis·spicę  
croci zedurarię·culebę ana dragnam vnā coralinoꝝ nō p/  
foratorꝝ·fragmentoruz zapibzi·hyacynthi·smaragdi·sardi  
ni·offis de corde cerui·limature eboris·limature auri·lima  
ture argenti ana dragmas duas·reubarbari·mirabolano  
rum cytronoꝝ·chebulorꝝ nigrorum·epictini·lapidis lazū  
li secundum artem abluti ⁊ preparati ana scrupulum vnuꝝ  
⁊ semis·zucari albi libras duas ⁊ semis·fiat electuariū·pri  
us tamen depurato zucaro: cum succi boraginis: buglossę:  
mellissę ana vncias tres: ⁊ si odor musci fuerit vobis grat?  
aromatizetur cum musci granis tribus·De hac confessiōe  
sumi potest ter aut quater in mense in ortu solis ad quanti  
tatem vnius coclearis: ⁊ cum modico vino puro: ⁊ ad min?  
per tres horas aī cibi assumptionem ieiunetur· Uſus in  
super tyriace in hyeme: ⁊ metridates in estate in sanitatis  
conseruatione multum ab autoribus laudatus est· Ad flo/  
bothomiaz aut̄ nunqꝫ debemus esse prompti: nisi emergen  
te necessitate: aut impellente consuetudine: imo sanguinē  
qui est naturę tesaurus: sumopere custodire debemus: quia  
licet dum sanguis peccat: nulla melior euacuatio quam f lo/  
bothomiam: iamen dum in eo non est peccatum: nullus  
maior error· Si autem accideret f latus sanguinis er na/  
ribus uel emoroidibus: aut ventris f luxus: non est absqꝫ  
prudentis medici ꝑsilio restringendus: quia corp? ex tali  
f luxu si nimius nō fuerit: a multis malis c̄gritudibus pꝫ  
seruatur· Diuturnam sufferre famem: aut cibo et potu  
vitra quam oporteaꝝ repleri: ad varios et malos morbos  
corpus pꝫparant· Cib? quidem aut potus nullatenus  
sumendus est: nisi prius comedendi aut bibendi deside/  
rium superueniat ⁊ si sua hora non superuenit appetitus

signum est q̄ plus fuit q̄ oporteret p̄assuimptus cib⁹ : aut  
est in sanitate defectus in stomacho attentione dignuz : ne  
incurrere faciat egritudines quę malę t̄ varię ad stomachi  
fastidium subsequunt̄ . Quoniam aut̄ corporib⁹ n̄fis ex ac-  
tione circūstantis aeris cū celesti inf luxu t̄ actione caloris  
innati accidit continua humidi sustantifici resolutio: vnde  
membra inanunt̄ : t̄ querentia pabulū p restoratione de-  
perdit⁹ : sugunt humiditates a capitis venas : t̄ venę sanguinem  
ab epate: t̄ epar chilū sugit a stomacho . vñ in ore ko-  
maci causat sentatio quę fames dicit̄ . In quolibz igitur sa-  
no corpore cū ordinato regimine viuente: sua hora accidit  
vera fames: anteq̄ non debet esse comedio . Nam si absqz  
appetitu comedat abominabilis redditur cibus in stoma-  
co t̄ fastidium generat . rugitus t̄ ventositates multiplicat  
nec epar illum bñ sanguificare valet . nec alia membra bo-  
nam operā dare possunt in nutrimentū si apud stomachū  
male decoctuz fuerit: quia nulla posterior virtus potest er-  
rorem anterioris corrigerē . Propter hoc Hypo . vult q̄ ex  
deteriori cibo t̄ potu cuz appetitu assumpto laudabiliōres  
generantur humores q̄ si melior cibus sine appetitu capi-  
atur: qm̄ illuz cum delectatione complectitur: t̄ cum eo na-  
turali quadam anxietate voluptuāt̄ stomachus: vnde citi-  
us t̄ perfectio: modo digeritur . Attendum tñ est q̄ cū  
iuxta intensem stomachi desiderium comedit̄ : fit ante per-  
fectam masticationem furtiva deglutitio . Ideo non debe-  
mus cum uoracitate comedere . Nam cibus ex masticatōne  
aliquam recipit digestiō: cuius errorem stomachus non  
valet corrigerē . Unde etiam operib⁹ posterioꝝ virtutuz vi-  
te nocumentum infertur . Hanc rationē assignabat Aristo-  
teles in proplematibus dum querit : ppter quid habentes  
raros dentes sunt breuioris vite: sed de moralibus intelle-  
xit . A superflua stomachi repletione cauendum est : nam

multi sui ipsius cum crapulis et superfluis commestionibus homicide sunt. Ideo non debemus ad saturitatem comedere: sed semper in fine debet famis requies remanere. Nihil est quod ita nos ad crapulam et stomachi repletionem impellat: sicut apud unam mensam diuersa habere cicaria. Multum enim ad crapulas allicit novi saporis adventus: et varia ferculorum preparatio: que stante primi cibi sufficienti satietate recentiore renouat appetitum. Unde longe plus capit stomachus quam digerere possit: et tanto existit peior stomachi repletio: quanto multiplicior fuerit variorum ferculorum assumptio: quia multum nocumentum inferitur ex admixtione cibi difficilis digestionis cum cibo et faciliter digestibili: ut de cibo et potu infra patebit. Abutimur qui dem savoribus in hac ultima et epicurea atque deteriori nostra etate: quia non ut plus comedemus diuersa savorum condimenta reperta sunt: sed cum intentiore appetitu. Quod si accidat potus aut cibi superflua repletio: prolixi somno dormiendum est. Et melius est a sequenti cibo abstinentem: ut cum sequenti sobrietate precedens crapula compescatur. Dumque dies jejunius adueniet: nunquam prandium ante meridiem differatur: quoniam longam sufferre famem stomachum malis et superfluis replet humoribus: quia spiritus gentibus membris nutrimentum intensa fame causata: nec cibo extrinseco veniente: natura studet illam tristem sensationem remouere. Succurrunt igitur transmittendo malos humores ad stomachum: cum quibus stomachus voluptuatur: et cessat fames usque ad horam alterius cibi: si non inter rumpitur. Propter quod dicere solent ieiunantes non esse difficile ieiuniunum nisi ea hora qua comedere solent. Sed hora prandii transacta dicunt famem non habere: et absque molestia sufferre ieiuniunum: quoniam natura volens succurrere tristi sensationi: quam famem dicimus: et non adueni

ente cibo abertra transmittit humores: cum quibus ad instar cibi stomachus voluptuatur et cessat fames. Securior tamen est abstinentia cenę post prandium: propter amphorem esse nocturnam digestionem. Nec obstat quod quidam volunt: dicentes abstinentiam cenę peiorē esse: quia somnium aduenit vacuitati stomachi: quod velut nocuum prohibetur. Quoniam magis obest prandii suffere famem quam supra talēm vacuitatem dormire: tum quia non est omnino digestus cibus in die: Tum quia de sero fieri solet ad cenę refrigatum pontificalis collatio. Imo in quibusdam pinguis corporibus ad sanitatis conservationem precipitur leuis cena: aut eiusdem abstinentia et experimento comperimus inuamentum.

**D**e Cibo et Potu Capitulum · quintum ·

**S**icut modo de cibo et potu regulas ponere. Men surandus quidem est cibus et potus secundum usum et virtutis tolerantia. Nam non vivimus ut comedamus: sed comedimus ut vivamus: quoniam apud antiquos auctores per experientiam deterior habetur colestio que nauseam et fastidium generat: aut stomacho gravitatem infert: et hypocundria tendit et inflat. Et deterior potus qui temperamentum egreditur et in stomacho ciborum natare facit. Eligantur igitur cibi subtilest facilius digesti: bonorum humorum generatiui: et caueatur a cibis grossis difficilis digestionis qui malos humores generant. Debet esse cibus temperatus: aut non multum temperamenti excedens. Quod si in aliqua primarum qualitatum fit

maior excessus: ut in caliditate: humiditate: frigiditate: aue  
siccitate: cum suis tempetur contrarijs: ut si inducenda fri-  
giditas ex cucumere aut cucurbita tineat cum calidis aro-  
matibus aut acruminibus compensetur et econuerso. Ob-  
seruandus est ordo apud mensas in assumptione ciborum  
Nam subtile nutriens et facilis digestionis non debet sumi  
post comedionem grossi: duri: et difficilis digestionis: sicut  
si unmediate post carnes. vaccinas comederentur fructus  
lubrici: aut oua sorbilia quicunque digeruntur: et non habent vi-  
am descendendi: natabunt ultra quam oporteat super durum  
cibum: putrefient et corruptentur: et ad corruptionem pre-  
parant cibum indigestum cui admiscentur. Nec grossum nu-  
triens et difficile digestibile debet unmediate sumi post sub-  
tile et faciliter digestibile: sicut post fructus lubricos aut oua  
sorbilia illico multum caseum comedere: quia propter casei graui-  
tatem et compressionem et quoque lubricitatem labuntur citi-  
us quam oporteat antequam celebretur digestio. Et propter has ra-  
tiones etiam in una mensa ferculorum varietas prohibetur  
Veruntamen physici qui ordinem ciborum in comedione  
et speculativa ratione intueri volunt: contemplantur in ful-  
do stomachi fortiorum virtutem digestivam quam circa os  
stomachii: et virtutem appetitivam fortiorum esse in ore st-  
omachii quam in fundo. Propter quod concludunt cibum diffi-  
cilioris digestionis premittendum esse ad locum ubi fortior  
est digestiva virtus: et premittendos esse cibos difficilis  
digestionis ad cibos facilitioris. Et haec ratio est vera. sed so-  
lum concludit quando inter cibos est parua differentia et  
parua distantia in difficultate et facilitate digestionis.  
Sed quando distantia est magna: sicuti inter lubricos et du-  
ros cibos. lubrici premittendi sunt. Propter hanc insu-  
per causam dicitur quod nihil est deterius quam nutri-  
ens indigestum super digestum immittere.

Summo studio attendendum esse auctores volunt: ut in re  
ter cibum et corpus cuius conseruanda est sanitas: sit debi-  
ta proportio et particularis habitudo conformis. Nam licet  
caseus: vinum: lac: acrmina et similia: ingrediantur ad sa-  
nitatis conseruationem: et in bonum conuentantur nutri-  
mentum: tamen multa sunt corpora quibus propter indumentum  
dualem complexionem caseus aut lac aut vinum a ut alter  
cibus: venenum est: Ab illis igitur talia corpora tanquam  
a ueneno se abstineant. In his quidem experimentum ratione  
uincit. Ideo dignius est in talibus experimento potius quam rationi credere. Similiter sunt corpora habentia ci-  
bum proportionatum et particulari complexioni sue que non  
entem: a quo non debent prohiberi: quia ex eius permuta-  
tione nocumentum inferunt: Observanda preterea est pa-  
triæ et regionum consuetudo: etiam si talis usus contra ra-  
tionem videretur. Nam ut volunt autores ciborum qui solet co-  
medi in quo existit aliquod nocumentum: conuenientior ē  
bono non usitato. Ideo in ipsis experimentum rationē ob-  
umbrat. In corpore preterea sano illud nutrimentum melius  
est quod melius sapit: quia ex naturali quadam dispositio-  
ne melius amplectitur et digerit. Quod si corpus aut egro-  
tet: aut si extra propriam naturam distemperatum: non ē ap-  
petitui obediendū. Naturalis enim corporis dispositio ap-  
petit sibi similia. preternaturalis autem appetit contraria.  
Oportet etiam attendere quod si ex laxitate stomachi accide-  
ret citius quam deberet ibi descensus: ut in principio cenę aut  
prandij sumantur res stiptice que stomachū fortant: et p-  
erfectioni digestione ad diuturnam cibi digestionem au-  
xiliū præstant. Res enim stipticē si ante cibum sumantur  
stipticant ventrem. et si cibum sequantur: propter compres-  
sionem ipsum lubricant: et fluxibilem faciunt. Possunt tamen  
res stipticē sumi in fine cibi in modica quantitate per sigil-

lo stomachi: ut cytonia: et pira cocta: coriandruz: aut paru/  
per casei: quia ex eorum sigillo confortatur os stomachi: et na/  
turalis calor ad digerendum: et non permittitur tanta va/  
porum ascensio versus caput. Fructus vero humidi et lubri/  
cantes: ut vvae: ficus recentes: et mellones et huiusmodi: sunt  
cibo premitendi: nec statim post debet sumi cibus: sed ste/  
tur quousque ad fundum stomachi descendant et quiescant: et  
tunc bonum est comedre ut labantur. Studendum est ut in esta/  
te frigidiori hora: et in loco ad frigiditatem declini come/  
datur: in tpe aut frigido bonum est calefacere extrema ad  
ignem post comedionem: quia exteriora membra remanent  
depaupata calore: cibi propter assumptionem ad interiora re/  
trahitur. In hyeme preterea comedendi sunt cibi cocti cali/  
di. In estate autem frigidi: aut exili caliditate calefacti. At  
tendendum est quod in hyeme et tpe frigido: propter retractio/  
nem et unionem caloris naturalis ad intra: perfectior et ma/  
ior sit digestio quam in estate. Nam tunc propter caloriz disper/  
gitur naturalis calor ad extrinseca: et resoluuntur et debilitantur:  
quia virtus unita maior est seipsa dispersa. Ideo in hyeme  
corpora delicate videntia: nec marinis exercitiis vtentia  
vesci debent cibis fortioris digestionis et maioris nutrimenti  
quam in estate. Potus autem nunquam nisi naturali et vera siti per  
cedente: sumendus est. quae ex suctione membrorum humecta/  
tione indigentium causantur: ut supra de fame dictum est: aut ex  
ciborum copulentorum comedione generantur. Vnde humidum ro/  
ridum in ore stomachi consumitur: ad cuius consumationem sequi/  
tur naturalis vera sitis: ad quam pro sanitatis seruacione po/  
tius sequi debet. Nonque autem accidentalis et non vera sitis  
pertinet: quam medici mordosam situm appellant: quod licet multas  
habeat causas: ut plurimum tamen post crapulam venire so/  
let: et proprie post cenam: dum plus de cibo sumpsit stomachus  
et ita debilis respectu cibi quod in hora digestionis laborat

et estuat: et ad sitim anxiatur. Hanc quidem mendosam siti tolererare si multa non fuerit melius est: et post illam autores dormire precipiunt: quia illam somnus sedat. Tali enim sienti expergefacto cessat sitis: quia somnus digestionem confortat: et illos indigestos cibos stomachum estuantes ad digerendum iuvat: et cessat humorum elevatione ad os stomachi: ubi mendosa sitis causabit. Nec propter potum talis sitis omnino cessat: quia stante adhuc cibo indigesto in stomacho resurgunt vaporessit inducentes. Copterea super tolerabili et mendosa siti bibere malum est: quia cibi decoctionem et eius digestionem impedit et retardat: velut si super bullientem ollam frigidam aquam infunderes ut supra dicebatur quod nihil fere deterius quam indigestum mittere supra digestum. Veruntur si talis mendosa sitis in nocte aliquando: aut post cenam eveniens magna et tediosa fuerit bibere quidem sanius est. Et tunc etiam Galienus secure precipit sumi debere potum: et truffat de illis qui auctoritatem Hippocratis non intelligentes interpretati fuerunt: ubi somnum capere post mendosam sitim laudare videtur. Et Alucenna etiam ad sedationem et extinctionem mendosae siti voluit aquam frigidam exhiberi: quia non transglutiendo: sed ex vase strictiorifici sugi debeat: ut pauciori cum aqua siti illa interior extinguat. De vestimentis ac ferculis et saporibus eoque et preparationibus hic nulla ponitur regula: quia tales in se virtutes habent: quia qualia sunt aromata aut suci acetosi: aut res alie ex quibus componi et preparari contingit. Sed ut melior de ipsis habeatur doctrina: quia in cibis: potibus: saporibus et aromatibus vtimur vniuersitatem particularē naturam secundum rationem et antiquos experimentatores quam breuius posterum apud ordinem alphabeti describam. Nec presentis intentionis est singulas harum reperit virtutes narrare: quibus sunt egreditur in curative: sed illas solum quae in usu ciborum

et potuum apud mensam veniunt: ut ad humanam vitam: sa-  
nitatisq; seruationem auxilium prestant: et quibus virtus  
tibus nocumento venenorū resistere possint.

¶ De Amigdolis. Cap. vi.

**A**migdala quedam amara quamdam dulcis. De ama-  
gra: quia est medicina egreditudinum curativa: nihil  
dicit. Dulcis amigdola in suis qualitatibus sere tem-  
perata existit: parum ad humiditatē declinans: minus tamen  
nudus: difficilis est digerens: et multo tempore in stomacho durat: ideo  
benigna masticanda est: cum zucaro tamen comesta faciliter dige-  
ritur: et descendit: generatur ex ea bonum nutrimentum licet  
paruum: est impinguativa abstergentia et opilationum epatis  
aperitiua. Ferculum ex ea factum quod amigdalatum dicitur: fert pa-  
sionibus pectoris et pulmonis: ut tussi: assimilati et silibet. Co-  
dimentum ex oleo aut lacte amigdalorum eiusdem existit virtutis  
Dulcis amigdola provocat vrinam et eius ardore remonet: sor-  
des reni modificat: et morsui rabiosi canis supporta: aut  
comesta procedit.

¶ De Bellana. Cap. vii.

**B**ellana calida est et sicca circa primum gradum: nutritibili-  
oris existit nutrimenti quam nutrit: licet terrestriori: quia  
solidior et minus viciosa: ideo tardioris est digerens: stiptica pa-  
rump est: et ventositates generat: pauciores tamen si ab intrinseco  
cortice emundentur: si autem assata cum modico pipere sumatur pa-  
cientibus corizant et reuma capitum celeriter subuenit: punctu-  
re scorpionum beneficiis probet: et proprie si cum ruta et fico esset: aut  
emplastrata fuerit.

¶ De Amido. Cap. viii.

**A**midum frigidum est et siccum in primo gradu: ei ferculum co-  
quendum est: ut sit una pars amidi cum triplo sanguine de aqua  
et condiri cum amigdolis et zuccharo: lenit epiglotum et pectus  
et fluxus catarrales a pectore prohibet: et tussim sedat: nec  
multum bonum sanguinem producit. Sed si cum simula mirtum de  
coquatur: benignus nutrit et sanguinem tempat generaliter. Aimia eius

comestionis frequentatio propter suam viscositatem epatis opilationem iducit: et si calidos renes reperit ipsos ad lapidis dispositionem et generationem disponit. Sed si cum lentibus amidis comedatur: ventrem de colerico fluxu restringit.

¶ De Aneto. Cap. ix.

**B**letum calidum est in fine secundi. siccum in fine primi: humorum frigidoꝝ maturatum est: Contrarium de humorali putredine mundificat et lenit. eius dolor sedat. ventositates resoluit. quietum somnum inducit. singultum ex repletione factum remouet. licet nimia eius assiduatio debilitet visum. Stomacho inconueniens est: quod nauseam facit. et semen eius vomitum prouocat.

¶ De Atriplice. Cap. x.

**A**triplex est herba qua utimur in ferculis. aut per se. aut cum aliis admixta oleribus: conformitate spinationum habens: frigidus est in primo: et humidus in secundo. licet apud quosdam dicatur temperatus: ventre molificat et cito digeritur. bonum enim generat nutrimentum. licet paruum. Itericis et habentibus epes calidum et opilatum beneficium prestat. Eius semen cuius aqua calida itericis datum vomitum prouocat.

¶ De acetosa. Cap. xi.

**A**cetosa herba est quatuor habens species: duas maioribus non utimur vel raro in ferculis: scilicet lapatio acuto paruo. et rumice magna. Aliis autem duabus utimur et in salaticiis et sucis cum zuccharo conditis: quae una oritur in locis non fertilibus sed arenosis: folia habentes ad similitudinem vnguis pollicis: quod dum crescit et videtur a sole acquirit aliquas uenulas rubeas in stipite et foliis.

et vulgariter dicitur herba salsa. Alia species oritur in olio  
fructiferis: et habet similitudinem trifoli parum: et dicitur  
acetosella seu allelugia: et quidam quod ex succo isti fit rob  
deribus quod est in virtute syrapi acetositatis cytri: qui tamen  
laudatur in pestilenti tempore. iste duæ species acetosæ fri  
gidæ sunt et siccæ in secundo gradu. humorem generat lau  
dabilem. remouent stomachi fastidiū. accutum appetitum. siti  
extinguunt. et virtutes cordis fortificantes inferunt. Syrupus  
salsus cum succo earum et succaro in virtute existit syrapi  
de cytro. et magnâ utilitate facit calidum habentibus epar am  
be iste ventris colericis fluxui et rasure intestinorum pferunt  
Conferunt etiam dolori dentis ex materia calida. si ex deco  
ctione earum os collauatur. Ablutio insup ex illarum deco  
ctione pruritiū et scabiei iuuentum pstat. usus harum  
duarum specierum in ferculis ad similitudinem olerum seu  
in insalaticis in estate et tempore pestilentiæ optimus qui  
dem est. Et similiter etiam ros: aut syrupus eius.

**D**e Acrumine.

Cap. xii.

**A**crumina multarum sunt specierum que simul in  
uno capitulo est ostendere. Sed prius parumper  
transgrediar propter diuersos effectus rerum ex dif  
formi approximatione ad nostrum corpus. Sunt. n. quedam  
que si comedantur sanguinem bonum per nutrimento gene  
rant. et bonos in nostro corpe effectus inducunt: sicut allia: ce  
pe et similia: quod si ad modum emplastrum ab extra supponantur  
cutem ulcerant: et si super vulnera emplastrent venenosum in  
ducunt effectum. Sunt autem quodam que comesta et bibita fiunt  
venena et morte inducentia: ut argentum riuus: cerusa: plu  
bu: et silia. quod si expecturant et emplastrent ab extra nullum  
nocentium faciunt: nisi fortasse per frequentem et diurnam

appositionem: ut testantur mulieres quæ illorum epictima  
tib⁹ pulciores videri uolunt: quibus tandem senescentib⁹  
dentes cadunt: aut altera ratione nigrescunt. Quædaz aut̄  
intrinsecus sumpta ⁊ extrinsecus posita bonum inducunt  
effectum. Et causa quare cepè ⁊ alliū ab extra ulcerant: abi  
intra nutrunt assignatur: quia res quæ in nostrum corp⁹  
virtualiter operant: nunq̄ suum inducerent effectū: nisi  
a calore naturali nostri corporis prius de potentia reduce  
rentur ad actum. Unde cepè ⁊ sal carnem viuā ulcerant et  
corrumpunt: ⁊ carnē mortuā a putrefactione p̄seruāt: quia  
non est ibi naturalis calor reducens illoꝝ ulceratiuam po  
tentiam ad actum: sicut in iumentute: ⁊ a remisso quidā ca  
lore nirtus ulceratiua allij ⁊ cepè ad actum reducitur: ideo  
ab extra posita ulcerat. Sed si sumantur ab intra: ubi calor  
naturalis est acutior: consumit ⁊ resoluit eoꝝ virtutem ul  
ceratiuam: ⁊ copulentum quod remanet in sanguinem ⁊  
nutrimentum conuertit: ⁊ adiuuatur calor intrinsecus ne  
ulcerent: antequam talis virtus resoluatur: quia plurimūz  
acrumina cum aliis mixtis cibarijs comeduntur: et cū hu  
moribus in stomacho commiscentur: nec in uno loco ligas  
ta continuo manent: sicut de extraappositis dicebat. Sed  
argentum viuum: cerusa: ⁊ huiusmodi: contrarie sunt dis  
positionis: quia ex densis et compactis partibus compo  
nuntur. vnde indigent intenso calore yt eorum virtus re  
ducatur ad actum: et ideo ab extra approximata non ulce  
rant propter remissum esse calorem cutis: neque habent p  
tes acutas ⁊ penetratinas in poros cutis: sicut cepè ⁊ alliū  
Sed si ab intra sumantur ad intensum calorem deueniunt  
suffitientem eoru⁹ potentiam in actum reducere. vnde aut  
malos effectus: aut morem inducunt secunduz determina  
tam vniuersitatem potentiam. Sic ergo dum dicitur: q̄  
allium cepè ⁊ similia sunt ulceratiua: itelligitur si ab extra

In cute epictimentor: licet de quibusdam intelligatur dum  
ad intra sumuntur. Non est igitur mirandum si res que-  
dam: ut allia: cepa et huiusmodi ad intra sunt cib?: et ab extra  
venenum: et quedam ut argentum vivum: cerusa: litargyri  
um et similia: ab intra sumpt?: sunt venenum. et ab extra sa-  
nitatem inducunt ulceribus superposit? . Redeundo tandem  
ad propositum: unde digressio ortu? habet. primo de allio  
dicatur. Allium callidum est et siccuz in principio quarti  
gradus: ulceratum et adustum est: nimis vsus eius ca-  
put grauat: dolorem inducit. et visum debilitat. corporibus  
calidis magis nocet: sed coctum et elixatum non tantum ca-  
leficit. rectificat nocumentum aquarum. ventositates ex-  
pellit: et est tiriaca. frigidas complexiones habentibus uer-  
mes interficit. flematicos humores resoluit. ventrem lu-  
bricum tenet. uocem clarificat: et guttur ab omni immun-  
dicia abstergit. doloribus pectoris: et tussi antiquo confert  
coitum si in modica comedat quantitate: excitat. si in mul-  
ta: ipsum abscondit. quia eius materiam sua caliditate et  
siccitate resoluit. morsui venenosorum et canis rabidi bonu-  
mumentum prestat. Cepa calidum est in quarto: humi-  
dum in terecio. et rubeum calidius est albo. et crudum calidi-  
us est decocto. nutrimentum generat grossum et paruum  
sed ex decocto generatur plus et minus malum. et est ape-  
ritivum: abstergit: inflammativum etiam sitis inducti-  
um. plurimus eius vsus capitis dolorem et grauedinem  
generat. quandoq? terribilia inducit somnia. et intellectui  
nocumentum prebet. malos in stomacho humores producit  
et salivam multiplicat. Si in modica comedatur quantita-  
te: stomachum debilem confortat: et appetitum inducit.  
libidinem incitat. et eius materiam sua humiditate au-  
get. et suppositum apperit emoroides. Contra venena et  
corruptiones aquarum. allio sunilis existit.

Porrum calidum est in tertio. siccum in secundo. Eius usus  
capitis dolorem inducit: et facit videre somnia mala dentes  
et gingivam corruptam. in eis dolorem facit. et visum nocet.  
Succus eius sanguinem de naribus stringit. si cum aceto  
thure: et oleo rosato immittatur. Crudum eructuositatem  
acetosam remouet. epatis opilationem apit. Bonum est ipsum  
post lactucas: portulacas: et olera frigida comedere. cannabim  
pulmonis abstergit. consert pectori: et emoroidibus: et pro  
prie decoctu. Ideo nocet habentibus renes ulceratos. aut  
vesicam. Ipsum et semen eius incitant coitum: et contra ve  
nena virtute alliorum habent. Scalpone species acuminata  
sunt: et in virtute ceterarum existunt. Radix est rafanum domesticum.  
Plures quidem sunt species rafani. Una quidem est domestica: quam  
absolute radice dicimus. Secunda est habens folia crista  
dix: sed est acutioris caliditatis: quem vulgariter ramoracia  
dicitur. Tercia species habet folia magna et lenia ad simi  
litudinem enulce et in quantitate et forma. Et est acutior om  
nibus. Et napi et rapae fere sunt istarum specierum ut infra  
dicetur. Omnes autores volunt quod quelibet rafani species  
sit calide et plexionis secundum quam magis vel minus de acuitate  
percipiat. Sed sunt in humiditate et siccitate discordes: quod  
quidam ex autoribus dicunt quod sunt buide: et quidam quod sunt  
sicce. Verutamen videmus quod plus de humiditate partici  
pat. Radix et ovis rafanum minoris nutrimenti quam rapae. propter  
maiorem acumen dure digerit: et stomacho nocet. ventositatem co  
mouet et eructare facit. Si ante cibum comedatur non permittit  
cibum fudo stomachi adhuc: imo ipsum propter ventositatem sub  
leuatum retinet et natare facit: digestionem prolongat et ad vo  
mitum preparat: et propriam decoctionem corticis eius. Si post ci  
bum comedatur: lenit ventum: et cibum melius digeri et pe  
netrare facit: et ventositatem sursum ascendentem minuit.  
Si coctus comedatur: confortat tussim antiquam et provocacionem

que ex fungis mortiferis fieret. Omnis pterea rafani species flesma incidit. et renes et vesicam a grossis humoribus lauat. lapidem in ipsis rumpit et turinat. prouocat. Et folia eius digestionem et appetitum adiuuant. Confert mortui viperę. et mortui cornutę. et interficit venenosos vermes. et si ponatur fructum super scorponiem moritur: et marie si sit rafanus silvestris aut eius decoctio. et si quē momordit scorpio non nocebit si prius raphanum comedenter.

**D**e Aniso. **Cap. xiii.**

**A**lisum calidum in primo: siccum in tercio. Semē ei? p se aut pfectuz cum zucharo est resolutium. ventositatum: et melius est ut post cibum sumatur. Oris odorem bonum facit: et vapores reprimit. aperit pectus et epatis aut splenis ex humoribus opilationes inducas remouet. prouocat vrinam. irritat coitum. stipticum est. et dolori capit is prodest. et adiuuat ad expellenduz nocumenta neruorum.

**D**e agresta. **Cap. xiiii.**

**A**gresta frigida in tercio: sicca in secundo. stiptica est: stomachum confortat. appetitum inducit: si ex caliditate fuerit defectus. epatis calorem extinguit. et si tim remouet. uomitum et ventris fluxū restringit: minus tamen si de cocta comedatur. Sucus eius ad spissitudinem mellis in sole redactus ad p̄dictas intentiones in condimentis et saporibus bonus est. fit et ea syrpus contra rena calida: et febrem pestilentialem virtutem habens: suum remouens. et supradictas conditiones obseruans.

**D**e Eceto. **Cap. xv.**

**C**etum ex diversis partibus est compositum ex calidis acutis: sed frigidè dominantur illis: et intense est siccitas. Quidam ex autoribus dicunt quod licet multum frigidas partes habeat: tamen propter calidas cum illis admixtas frigidum est in primo. et siccum in tertio. Et quidam dicunt quod frigidum sit in secundo. Acetum cum rebus frigidis infrigidat: et si in modica quantitate cum rebus calidis misceatur calefacit propter eius virutem penetrariam facientem res alias penetrare: et inimicū nervis propter eius frigiditatem et mordicationem: et propter sui penetrationem: qua mediante alii nocui humores ad nervos transiunt. Ideo paraliticis: spasmosis: et podagrīis nocet. Amīus eius usus debilitat risum: libidinem refrenat: eis materialm fortiter diminuendo. Aerem putridum si aspergat rectificat: et nōcumentum putridarum aquarum remouet: Licet enim agresta est acetosa: granata: succus aranciorum et citri: sunt maioris frigiditatis inductiua quam acetum: non sunt tamen fortia ad infrigidandum: quia patent partibus acutis et penetratiuis. Inde Galienus quarto de simplici medicina inquit: quod volentes stomachum et hypochondria et ardentia infrigidare: melius est succum agreste et similia dare quam acetum: quia non est eorum frigiditas violenta et ulcerativa: nec cum mordaci caliditate admixta. Ex quo se quitur quod volentes membra remotiora non sic stomacho vicina infrigidare conuenientius est acetum: quia in seipso virtutem habet: quem sibi viam facit ut ad remota loca dirigatur. Et propter has causas acetum macrefacit extenuat et dissoluit corpora: et proprie si usus eius sit plurimus. Ace tum prodest colericis et nocet melancolicis: quia melancolicos et adustos humores generat. Ideo leprosis et scabiosis nōcumentum infert: adiuuat digestionem: appetitum provocat: et flemati aduersatur: ipsum incidendo et corrodendo

malisq; repugnat humorib; ad stomachum fluentib; cōfert adustioni ignis & eius dolori velociter subuenit: super infusum morsui venenosorum prodest & bibitum & odoratum. Confert illi qui sumpsit in potu opium: iusquianum & similia. In laudibus inquit Alucēna. Aceto preterea utrī in cibis et potibus est a pestilentiali nocimento securatio. Aceti decoctio minuit eius frigiditatem: & proprie cuz mōlico admixto melle. Veruntamen si in uno petito aceti bulliat una libra passularum: fere saporem non perdit: & maxima suorum nocumentorum quantitas remouetur.

¶ De Aqua. Cap. vi.

**A** Quarum melior est illa. que cum clara sit. neq; colorē. neq; odorem. neq; saporem habet. quia hec sunt passiones mixte. & inter ceteras leuioris sūt ponderis que etiam propter suam subtilitatem & raritatez cito ad ignem calefit: & cito ad aerem in frigidatur: in qua coquuntur res citius & dissoluuntur: & cito ab stomacho & hypocundriis descendit. Eius quidem leuitas cognoscit. aut per pondus equalis mensure. aut per infusionem duorum pannorum lini nitidorum seu filtri et coti nitidi: illa cuius filtrum citius exsiccatur: & post perfectam exiccationem nitidius & minoris est ponderis melior existit. Inter cetera elementa hanc habet proprietatem sola aqua. q; genere potuum et ciborum ingreditur. Et multis insuper rebus aqua maliciam et bonitatem acquirit. ut ex sua origine. ex loci statione. ex decursu. ex decoctione & rerum admixtione. ex sua origine aquae fontium sunt meliores. et fons cuius aqua erit ex terra pura est melior q; ille cuius aqua erit ex barena lapillosa. q; est humilior purificatio et subtilior. licet petrofa aq; sit minus terrestris putrefactōe pata

Aqua etiam melior est: quæ ex meliori minera oritur et per transit. nam aqua quæ ex minera aurea aut argentea melior erit ea quæ mine. a plumbi. aut uitri. aut salis. aut aluminis et similium. Secundum ergo quod melior virtutum est minera. sic erit oriens aqua melior. Nec est presentis intentionis virtutes aquarum mineralium dicere. quia illud ad curatiuas medicinae partem pertinet. Aquæ præterea stantes peiores sunt currentibus. et citius in terrestri putrefactione alterabiles: et tanto peiores quanto sunt super fortius lentiori luto palustrali iacentes. Aqua puteorum quæ permanens est. et voraginiib[us] terræ vicinior. peior est quam aqua fontium. et melior quam aqua paludum. tamen extractione aquæ a puteis et agitationem aqua putei melioratur. Inde est quod pauci pisces in puteo aquam meliorant ipsam contineat agitando. et quia etiam ex vermiculis et partibus putrescentibus nutriuntur. Magna autem piscium quantitas ipsam corruptunt. et ideo non ita bonas habent putei et cisterne aquas. ex quibus non est frequens aquarum extractio. Ex aquis currentibus meliores sunt quæ detecte et evanescere decurrunt. et ex aquæ ductibus rectis peiores sunt plumbi. quia ad dissinteriam et ventris flutum corpus parant. et ex currentibus aquis detectis meliores sunt in magna quantitate. et veloci cursu currunt. ut magna flumina. et meliores sunt quæ super bonum lutum non fecidunt nec palustrale decurrunt quam quæ super lapides. licet quidae autores contrarium dicant. non tamen bene. quia bonum lutum currentis fluminis aqua purificat: humiliat. et subtiliore efficit. quod lapides non faciunt. et propter hoc quanto distantiores procedunt flumina suis fontib[us]. tanto sunt meliores si cum tempore eorum aqua bibatur. quia tales aquæ sunt magis mite. et ex luti mortura rupte et humiliatae. nec illico dum ex flumine accipientur bibende sunt repositis in magno

Vase quiescentibus descendunt partes lutose per aquam: i  
cuius descensu ducunt simul grossiores aquę partes ad re  
sidentiam ī fundo vasis: et illa quę super hypostasim rema  
net est purissime aquę propinquior et similior: et cōformi  
tatem habet aquę ad ignem decocte quę residentiam gros  
sarum partium fecit per sequestrationem hypostasis. Ideo  
apud quosdam autores antiquos precipitur: nō esse aquā  
putei cum aqua fluminis admiscenduz. quia aqua putei li  
cet sit lucida et clara. est tamen grossa et cruda. nullam fa  
ciens residentiam: et aqua fluminis habet partes lutosas  
quę in ipsa subtiliata residerent. sed cum illa admixta im  
peditur descensus: et nō fit residentia: et ideo licet aqua flu  
minis sit melior q̄ aqua putei: tamen vtraq; est melior p  
se sola q̄ ambe simul mire. et propter has causas aqua ex  
decoctione bonitatem acquirit. quia licet in decoquendo q̄  
dam subtile aquę partes resoluantur. tamen ex ebullitione  
rarefit aqua. et dissoluitur quodam ea ex frigore congeles  
tum fuit. vnde dum quiescit partes grossiores possunt ra  
rificatam ex igne aquam fundere et inferius descendere. qd  
ante decoctionem facere non poterant. ignis quidem non  
subtiliuit aquam. quia de natura calidi est. subtile partes  
resoluere. sed grossas pertes aque a subtilibus sequestrat.  
vnde descendere possunt in aqua super residentia natant  
te quę subtilior et purior existit. nec obstat q̄ sit gros  
sior aqua cocta q̄ cruda ex eo q̄ sit obscurior et turbulentior.  
quia multum differt diafonitas et opacitas a grossitie  
et subtilitate. cristallus enim diafonior et lucidior est quam  
aqua talis. et tamen grossioris existit substantię. Aquę pre  
rea cisternarum quę ex pluvijs colliguntur. licet non sint  
in bonitate aquarum fontium et aliquale impedimentū pe  
ctori et voci prestent. tñ si in bona quantitate et in multis  
colligantur cisternis electiorum existunt virtutuz. quoniā

sunt leues subtiles minus humide & minus inflatiue quā  
reliquę & aliquam habent stipticitatem & membrorum cō  
fortationem: nec stomacho aut epati nocent: sed potius cō  
fortant. Attendendum tamen est quia propter earum sub  
tilitatem fuerunt enim in subleuatione vaporum in nubi  
bus generate aduenit putrefactio. ideo quando in estate  
modice sunt et ad fundum adueniunt cisternarum putres  
cunt & tunc ab earum potatione cauendum est. quia et fe  
bries preparat & humores nostri corporis putrefacit. Sed  
tali putrefactioni acetum et acria opponuntur: cum aqua  
sit simplex elementum: aut simplicitati propinqua non ex  
hibetur eius potus ut nutriat. quia aqua non digeritur.  
digestio enim passio mixti. nec potest aqua in membro vi  
uentis loco deperdite & resolute partis reponi. nunquam  
aqua cum elementum sit posset in sanguinem conuerti.  
quem oportet ex quatuor elementis esse compositum. sed  
potus aquę aliarum existit virtutum. quia nutrimentū li  
quefacit & subtiliat. eiusq; substantiam rectificat. & ipsum  
ad membra penetrare facit. & sua humiditate & frigiditate  
restringit. Caloris autem naturalis aut accidentalis acu  
men sitū remouet & cannam cordis resoluit. & sic per acci  
dens dicimus aquam confortare naturam in actione sua.  
Aq; pura nocet paraliticis. spasmosis. podagricis. & omni  
bus frigidas cōplexiones habentibus. nocet & opijationi  
bus epatis. & nimia eius assumptio post magnum et cale  
facientem laborem inducit hydropisim. Decocatio aut mix  
tio vini cum ea aut mellis dispumati omnes fere malicias  
aque remouet a potatione tandem aquę turbidę pure cauē  
dum est. quia epar opilat. & lapidem in renibus generat.

Sequitur Aunc videre de aromatibus.

**D**e Aromatibus. Cap. xvii.

**M**omata quibus in ferculis et saporibus communiter utimur sunt piper · crocum · cinamomum · gariosoli · nux · muscata · zinciber · cuminum: de quibus bonum est in uno capitulo dicere · piper enim sit trium generum : scilicet longum piper: album et nigrum sere eiusdem sunt virtutis · tamen calidum et siccum est in fine tertii · Sed quidam dicunt in principio quarti confortat stomachum · adiuuat appetitum · digestionem preparati in debita proportione utatur · neruis infrigidatis · tussi antique et dolori ventris confortat: et vrinam prouocat · usus tamen eius in hyeme potius quam in estate laudatur · et proprie frigidam complexionem habentibus · Crocum calidum est in secundo · siccum in primo · multi voluerunt quod crocum nunquam humorem alterat in uno cum temperantia eum conseruat · et a putrefactione rectificat · moderatus croci usus atque difficultas anhelitus auxilium prebet · epatis opilationes aperit · et licet stomachum sua caliditate et stipticitate confortet : nauseam tamen facit · appetitum deicit · quia acetositati quem appetitum inducit opponitur dolorem capitis quandoque efficit · et cum vino bibitum somnum et ebrietatem inducit · sed crocum sua proprietate cor vehementer confortat · et specialem vim letificandi infert · illuminat spiritus · et ad exteriora membra dilatat:

intantum q̄ aliquando multitudo sue comedionis cum lig-  
ticia ad exteriora spiritus dispergit fontem naturalis calo-  
ris derelinquendo propter quod quidam dixerunt q̄ su-  
mire mediam vniuersitatem de croco mortem ridendo et letificia-  
do inducit. Cinamomū est calidum & siccum in tercio omni-  
nem putrefactionem & humorum corruptionem rectificat.  
stomachum confortat. epatis opilationem apperit. & eorum  
digestivam vigorat. catarro confert & ventris ventositatē  
expellit. visum acuit. tussi & pectori auxilium præbet. et sua  
triacali virtute morsui venenosorum bibitū aut superemis  
plastratum confert. gariofilus calidus et siccus in tercio.  
corporis odorem bonum efficit. visum acuit. stomachum &  
epar confortat appetitum inducit. & vomitum sedare facit.  
Aux muscata calida est & sicca in secundo. epar & stomachū  
atque splenem confortat. vrinam prouocat. & vomitum pro-  
hibet. atque oris odorem bonum efficit. zinciber calidum  
est in tercio & siccum in secundo. & in ipso est humiditas su-  
perflua. cuius signum est q̄ cito tarlatur & putreficit habē-  
tibus frigidum stomachum & epar confert. eorum humidi-  
tatem & prope ex fructibus inductam exsiccando digestum  
adiuuuat. atq̄ ventrem lenem facit. & morsibus venenosorū  
auxilium præbet. Cuminum calidum est in tercio. siccum in  
secundo: ventositatē dissoluit. dolores et ventris tortio-  
nem placat. vrinam prouocat. et distillationi eius auxiliū  
præbet. nimirum tamen usus eius citrinat faciem. immo hy-  
pocrite ad fūnum cumini in prunas projecti manus & fa-  
ciem retinent. vt palecant & videantur populo ieūnantes.  
A natis caro quere in capitulo infra de carne. Agni caro.  
in capitulo infra de carne. Anguilla in littera. P. capitulo  
de pisce. Arantia in littera. C. capitulo de citro. Allium  
romaraccia dictum est supra capitulo de acrumine: & caro

alande·anseris·a natis·t autum in capitulo de carne.

¶ De Basico. Cap. xiiii.

**B**asilicum calidum est et siccū in primo· licet sit in eo aliqua humiditas non bona· multarum est spe cierun· sed laudabilius est gariofilatum minuto rum foliorum· t semen eius virtutem habet cordialem· ce rebium et narium opilationes aperit· siue comedunt siue odoratum animam sua aromacitatem letificat· emoroidibus et cordis tremori confert· Superfluus eius usus no est laudabilis· quia sanguinem turbidum t melancolicum generat· t quibusdam eius odor capitis grauedinem inducit· iniuste tamen vituperatur basilicum quod ex eius folijs· generetur scorpio· Sed ut Galienus vult reperiuntur scor piones iuxta basiliconem· non q ex eo generentur· sed q libenter ad ipsius odorem concurrunt·

¶ De Boragine. Cap. xix.

**B**rago calida est et humida in primo· et est una ex speciebus buglosse: letificat cor eius substan ciā t sanguinem mundificando· cū vino exhibita cordis tremorem curat· et omnibus passionibus confert· cum mel le et aqua decocta ulceribus oris· tussi· et asperitati pec toris aurilium prebet· laudabiliorē generat sanguinem· dispositionibus melancolicis prodest· usus eius et florū suorum in insalitio et ferculis laudabilis est·

¶ Buglossa alias lingua bouis. Cap. xx.

**B**mili.

Uglossa dicitur lingua bouis. et est in virtute bo  
raginis. Veruntamen Avicenna credit apud nos  
certe non reperiri. sed ritimur herba buglossæ si

**D**e Beta. Cap. xxi.

**B**eta calida est et sicca in primo. Veruntamen par  
tes frigidas et humidas habet. est opilationum  
apertiva. ventrem aliqualiter soluit. et lubricum tenet. si  
cum aqua prims decoctionis comedatur. sed illa abiecta po  
stmodum recocra ventrem restringit. nutrimentum eius  
paruum et non laudabile. propter quandam eius lassedi  
nem stomachum mordicando: ideo cum dulcibus aroma  
tibus et lacte amigdolarum comedendum est.

**D**e Butiro. Cap. xxii.

**B**utirum calidum est et humidum in primo. mul  
ti et impinguati exsistit nutrimenti: eius tamen  
superflus usus stomachum debilitat. et ad fles  
maticas preparat egreditudines. Si in cibis cum amigdolis  
et zucharo admiseretur maturat catarrum. et tussi frigi  
de et sicce confert. sed cum linitur per se super pectus et sto  
macho sputui et vomiti sanguineo et sanioso aurilium pre  
bet. confert mortui venenorum: et sumere ipsum est tiriaca  
venenis omnibus in potu sumptis.

**D**e Citro. Cap. xxi.

**C**itrum quatuor diuersas habet partes cortex citri calidum est in primo. licet dicatur ut sit calidum et siccum in secundo. cortex et semen eius cordialia sunt et animam letificantia. et similiter acetositas eius confortat. et proprie dum ad calidum distemperatum foret cortex citri oris odorem efficit bonum et ab humoruz putre factioe preseruat ita quod si cortex siccus ponatur inter pannos. illos a tineis preseruat incolumes. pulpa eius cruda est et inflativa et mala stomacho. et difficilis digestionis dolores ventris preparat. sed confecta facilioris est digestionis: et confortat gutturi et pulmoni. acetositas eius cum hoc quod confortat: ventris fluxum et vomitum colericuz restringit. appetitum preparat. caumata et febriles calores extinguit. fit ex ea syrups magnarum laudum in cura ad preservacionem pestilentialis febris. acetositas tamen nocet nervis. et est mala pectori. veruntamen acetositas citri super empeticines pannos et lentigines faciei fricata ad earum remotionem ad iumentum prestat. quod ostenditur si panno attractamento madefactus cum citri acetositate fricitur ad pristinum reddit coloriem. semen et cortex eius seu bibatur seu linatur optimam contra omne venenum proprietatem habet. poma que arantia appellantur et limones in acetositatibus suis cum acetositate citri similitudinem habent. cortices autem ipsorum et semina etiam non sunt tante virtutis sicut in citro:

**D**e Citonio. Cap. xxi.

**C**itonium frigidum in primo. siccum in secundo. quod quando non est perfecte maturum sto-

machum grauat · et est difficilis digestionis · et quæ mi-  
za sunt aut acetosa sunt nociva · licet ad fluxum ventris  
acetosa sunt meliora · et melior modo eius commestio[n]is est  
dum concavatur et r[et]rahendo semen eius · et implendo mel-  
le aut zuccharo et superponitur in primis prius ipsum in lu-  
to aut stappa infusa in aqua circuire · multum quidez con-  
fert stomacho ne humor[um] aliud recipiat · appetitum indu-  
cit · et ipsum ut sirupus eius ebrietatem remouet si post cra-  
pulam sumatur : confert etiam asinati et pectori · et asperita-  
tem gutturis et canæ pulmonis lenit proprie[m] m[er]illago sui  
seminis et sputum sanguinis prohibet · Citonum quidem  
per se scriptu[rum] est · quando enim sumitur ieuno stomacho  
ante cibum : stomachum confortat et ventrem stringit · qua-  
do vero sumit[ur] post cibū bonū sigillum in stomacho facit · et  
propter stipticitatem eius cibum comprimendo · soluit ven-  
trem · et si in multa quantitate comedatur cibum indigestu[m]  
descendere facit · Et hec est fere communis regula stiptico-  
rum ciborum : qui ante cibum sumpti ventrem stringunt :  
post cibum vero fluxibilem reddunt.

¶ De Castanea. Cap. xxv.

**C**astanea calida est in primo · sicca in secundo · est  
magni et boni nutrimenti si bene masticetur · et si be-  
ne digeritur impinguat et appetitum confortat · sed  
melioris nutrimenti est si castanea comedatur cum melle :  
aut cum zuccharo apud habentes flematicas complexiones  
Castaneæ tamen dure sunt digestionis · et ventrem inflant  
aliqualem ventositatem generando · sed aliquando cere-  
bri grauedinem induunt propter difficultatem digestio-  
nis · et fumum earum in stomacho conclusum · assatio ab eis  
nocumentum et stipticitatem remouet · quia

quia eārum corpus rebumectatur et lenificatur: ut contemperent pectoris et corporis siccitatem. et vrinanz puocant. si in aqua tepida reinfundatur. Quidā ex autoribus blasphemant castaneam q̄ in nutrimento similis existit glandi. vnde dicunt q̄ castanea non sunt hominib⁹ sed porcis nutrimentum.

**Crisomula**. alias muniace. Cap. xxvi.

**C**RISOMULA sunt muniace. vel parua persica. et sunt frigida et humida in secundo. grossum et viscosum generant flema: et ventrem commouent et inflant et eorum nutrimentum velocis est putrefactionis. inde ad febres putridas preparant. Infusio tñ eorum sitim remouet. et febribus acutis confert. Conueniunt stomacho ipsum confortando magis q̄ persica: licet quidā dicant q̄ nocent stomacho. calorem naturalem extinguendo. et verum est ō stomacho frigido. sed modus corrigendi eorum nocumentum ē ut sumatur ante cibum. et post ipsa sumatur anisum et masticum cum vino puro veteri et odorifero. aut vua passa. et habentes stomachum frigidum sumant mel. Si autem post cibū accipientur: stomachum supernatant et in putredinem convertuntur.

**De Cappari**. Cap. xxvii.

**C**APPARIS calidus est et siccus in secundo. parui ē nutrimenti. confert stricture pectoris. aperit opulationes splenis et epatis. et proprie splenem confortat et clarificat euacuando ab ea materias grossas: et melancolicis vrinam puocat. lumbicos interficit. et coitum excitat. et contra venenū tiriacalem virtutem habet. et usus eius cum aceto est multum laudabilis in pestilentī tempe et acetum corrigit nocumentum eius.

**D**e Cucurbita. Cap. xxviii.

**A**Cucurbita frigida est et humida in secundo. nutrimentum generat flematicum et paucum. velociterque descendit: stomachum humet: sitim extinguit calidis complexionibus competit. frigidis vero contraria est. veruntamen ex natura cucurbite est tales generare humores quales res secum admirre. cum calidis quidem reb<sup>us</sup> calidos humores generat: et cum frigidis frigidos: ut cum vino citoniorum aut granatorum et cum agresta est bona calidam complexionem habentibus. sitim extinguendo et naturalem calorem refrigerando. et cum aromatibus et mel le frigidis complexionibus confert. ferculum eius confert tussi et dolori pectoris. et frigiditate stomachum et intestina infrigidat. et quandoque dolores corporis generat. Si autem post elicationem fricatur remouetur humiditas ei<sup>us</sup> superflua: et sic cum agreste aut aromatibus condiri potest secundum complexionis indigentiam. et est ista preparatione minus putrescibilis redditur: quia cucurbita per se facilez humorem generat. ad putredinem ei<sup>us</sup> frigidum extinguit ardorem vrine: et ipsam prouocat et matrone semen eius.

**D**e Cucumere. Cap. xxix.

**C**ucumer frigidum est et humidum in secundo. humores duros et grossos generat. et difficilis est digestionis. et tarde de stomacho descendit. et ad humorum putrefactionem dispositum est. unde putredas se bres excitat: cibum quem in stomacho reperit incrudat: ut nequeat a stomacho dissolui. sitim remouet. acumen caloris febrilis extinguit ei<sup>us</sup> aquositas. pulpa et semen eius vrilum prouocant. et eius ardorem extinguunt. odor eius reui-

uiscere facit habentes sincopin calidam · et radix sua facie  
vomitum · folia autem eius pferunt morsui canis rabidi.

**D**e Cetrulli. Cap. xxx.

**C**etrulli multum cucumeribus similes existunt · sed  
frigidiores et grossiores humores generat · et ma-  
gis nocent stomacho et longioris digestionis sunt  
Cetrulli per venas discurrunt crudii · et ad diurnas febres  
corpora disponunt · et cum nimiam moram in stomacho fa-  
ciunt neruositati stomachi magis nocent · et nimis usus  
eius venenosorum humorum corruptionem preparant · me-  
dulla eorum perfectiorem generat humores · virtutes ad si-  
tum extinguentem ad acumen febrium et urine prouocatio-  
nem similes sunt cucumeribus.

**D**e Cerasa. Cap. xxxi.

**C**erasa frigida sunt in primo · et sunt trium specie-  
rum · scilicet dulcia acetosa magna et acetosa par-  
ua · Dulcia et acetosa magna malos generant hu-  
mores stomachi et intestina grauantes aptissimos et pu-  
trefactionem et verium generationem · unde ad febres pu-  
tredas corpus preparant · Et acetosa magna sunt peioris qua-  
litatis · et maiorem in stomacho grauedinem induunt · Et ce-  
tosa parua meliores generant humores · nec tantum habet  
de humido putrescibili · aliquali tamen stipticitate partici-  
pant · coleram reprimunt · sitim extinguent · et appetitum  
inducunt · et meliora sunt quae sicca usui reseruantur ex suc-  
co eorum ad solem exsiccati et conseruato in riterato vase  
sit bonus sapor · si cum aceto aut succo aranciorum aut agre-  
sta distemperetur · et non inter cetera savorum blandimenta  
maxime incitat appetitum.

**C** De Ciceri. Cap. xxxii.

**C**icer est album rubeum et nigrum. album est calidum in primo et siccum in principio primi. licet quidam dicunt quod sit humidum. Rubeum est calidius et siccus albo et nigrum rubeo. Omnes iste species sunt melioris nutrimenti quam fabae: habent tamen dispositionem inflatim: et nigrum melius est virtutum quam rubeum. et rubeum albo. clarificant uocem. pectora proflant. et ut plurimum bene nutriuntur. et fiunt sorbitones ex farina cicerum in dispositi onibus pectoris debent decoqui cum aqua sue remolitionis et comedи cum prima decoctione. quoniam in brodio existit melior virtus cicerum. cicera enim remouent epatis et sple nis opilationes. colorem bonum et viuidum in carne reducunt. lapidem rene et vessice frangunt. urinam prouocant nocent ulceribus viarum urinare: generant sperma et coitus excitant. et vermes cucurbitiones de corpore soluunt. cicer viride in stomacho et in testinibus superfuitates generat. Oris odorem malum efficit. et cicercula est in virtutibus alborum cicerum. nigra cicera ad opilationes ad rumpendum lapidem. et ad expellendum vermes sunt meliora. alba vero augendo materiam coitus. et prouocando urinam meliora sunt. Locio cum brodio cicerum a scabie et pruritu cutim mundificat.

**C** De Caulibus. Cap. xxxiii.

**C**aulis multarum est specierum. sed domesticus quo in cibis utitur calidus est et siccus in primo. gene rat sanguinem grossum melancolicum: et quandoque somnia mala videre facit. et nutrimentum eius est paruum et nocet aliqualiter stomacho: sed dum coquitur cum carni bus pinguis et galline est melioris nutrimenti: et meliores

sunt caules hyemales q̄ estiui: expurgat humores flematicos ex pectore guttur lenit & vocem clarificat. semen eius cum aqua lupinorum vermes interficit. caulis si comedit cum primo brodio facit ventrem lubricum & vrinam prouocat substantia eius corpulenta. & abiecta primo brodio aut per secundam decoctionem ventrem cōstringit. & maxime si secum antiquus caseus recoquatur: sicut de blete supra dictuz est. decoctio eius & semen eius retardant ebrietatem. Lipsam remouent. Cuius rationem assignat Aristoteles in pple. ppter ei⁹ virtutem diuerticam vrinam prouocando. & facit vinum ad vias vrine prouocare & lubricare. vnde dicitur tanta caliginosa ad cerebrum euaporatio quę ebrietatem causabat. succus eius cum vino consert morsui canis rabidi. Veruntamen hęc herba quam nos dicimus caulem proprie est brassica. nam caulis est nomen generis ad omnē hastile germen vniuersiq̄z herbe. per quod crescit in altum. & quia brassica habet plurimum hos caules p̄ quos crescit & germinat in altum qui sunt meliores partes bras- sice contraxit sibi denominationem caulum. ut patet p̄ pli- nium & alios doctos simplicistas in lingua latina. ideo vul- gares nominant ceteras herbas in singulari numero bras- sicam vero caules in plurali.

¶ De Caseo. Cap. xxxviii.

**C**aseus quandoq; fit ex lacte. quandoq; fit ex sero. & est illa quę dicitur recocita. diversificatur caseus secundum q̄ recens est aut antiquus. & secunduz q̄ salitus aut non salitus est. recēs frigidus est & humidus in tercio. licet quidam dicunt in primo. & salitus siccus calidatē & siccitatē habet in tercio: & salitus non siccus mediocres habet virtutes inter recentem & antiquum. Meli-

or caseus est ille qui cum ad suavitatem et aliqualem dulce  
dinem declinans non nimis salit? sit inter durum et mol-  
lem et viscosum et fragilem medius existit :quia caseus il-  
lorum extremorum malus est .et bonitas casei variatur se-  
cundum varietatem animalium ex quibus hoc extrahitur .  
vt in capitulo de lacte dicitur .variatur etiam secunduz re-  
giones .et secundum diversitates herbarum quibus lacta-  
tia animalia rescuntur .Caseus recens boni ē et multi nu-  
trimenti .et est impinguatus et bonus cibus habentil sputum sanguinis ex pectore et stomacho iumentum fa-  
cit .licet quidam de illo dubitent :quia frigidis complexior-  
ibus non confert .caseus vetus difficilis est digestionis .  
grauatus et malus stomacho .et ipso multū vtentes vētris  
dolorē incurruunt .et est pauci nutrimenti .et in colericos hu-  
mores facile conuertibilis .et macrefacit usus eius corpora  
Recocta peior est q̄ caseus recens et q̄ caseus medius sali-  
tus .et est melioris nutrimenti q̄ caseus antiquus .caseus  
generat lapidem in renibus et vessica .et proprie qui est hu-  
midus .et maxime cum comeditur cum rebus diuerticis fa-  
cientibus ipsum ad vias illas penetrare .et sic etiam petri-  
ficat vincturas podagroz .qui vero esset ad generationem  
harenularum et lapiduz disposito cauere debet a caseo .qui  
sicut videmus terram viscosam aut creatam que argilla di-  
citur in lapidem et laterem conuerti apud decoctionez for-  
nacis sic et humoribus viscosis et grossis dum est calor ad-  
urens in vijs vrine generantur harenule .que inuicem iū-  
cte lapidem constituant .et ad talium viscosorum humoruz  
generationem aptissimus est caseus :et proprie cum macha-  
ronibus laganiis et ferculis de pasta comeditus .caseus ve-  
tus assatus aut pistus et lotus aliquando cum aqua rosata  
ventris fluxum mirabiliter restringit .et licet horum nocu-  
mentorum sit caseus .veruntamen cum post comeditionem

parua ex eo sumitur quantitas os stomachi corroborat et confortat. eiusq; bonum sigillum existit: ascensum fumoru: ad caput reprimit. faciem et fastidium ex dulcib; et ventuosis cibis puerentez remouet. nec vos conturbet pater S. q; caseus in vobis familiaris existat cib;. quia propter longam consuetudinem et auiditatem appetitus ad illum in vobis maxima pars suoq; nocumentoq; affertur. nam sicut in regulis generalib; dictum est cibus consuetus et qui cum appetitu sumit: etiam si mal; sit meliorē generat sanguinem q; laudabilior cibus non cum tanto appetitu comedens. Imo tante virtutis existit a pueritia comedendi consuetudo q; venenum et medicina venenosa in bonum nutrimentū conuertitur. unde apud īdos dum malos reges habeant puelę quę pulchriores videbantur fieri ex napello herba venenosissima a paruissima incipiendo quantitate quo usq; ille puerę comedenter loco cibi. et omnes reges cum eis interibant.

¶ De Carne. Cap. xxxv.

**C**aro inter om̄es cibos optimi ē nutrimenti. corp; corroborat p̄fortet et impinguat: et eius cib; est p̄ pinque conuersionis in sanguinē. et inde qui multas comedunt carnes et proprie cum potu vini incurrit repletionem q; ppter indigent sepius flebotomia aut medica solutiua secundum oportunitatem. Bonitas et malicia carnis multis variatur modis quos p̄ sanitatis conseruacione attendere oportet. et primus modus sumit ex differētia sexus: Scđus modus sumit ex d̄ra castratiōis. Terti; ex d̄ra iumentutis. Quartus ex d̄ra regionū vbi morā trahunt: et herbaq; et pascuoq; qb; aīalia rēscunt. Quint; et d̄ra grassitie et macredinis. aut sanitatis et cōgritudinis. Sext; ex d̄ra tēpoq; āni in quib; caro p̄medit. Septim; ex d̄ra arti

ficij et modi propandi et coquendi. Octauus ex diuersitate et  
differentia specierum animalium secundum eorum propriam naturam. Flo-  
nus ex differentia et diuersitate membrorum. De prima dif-  
ferentia cum omnis masculus calidior sit et siccior quamque  
femella sua speciei. variabitur bonitas carnis secundum sexum a/  
pud variationem naturae specierum animalium. nam licet  
ut plurimum caro masculorum laudabilior sit carne femel-  
larum. tamen in quibusdam speciebus caro femelle lauda-  
biliar existit. sicut caro capre respectu birci. et caro galli  
respectu galli. De secunda differentia videmus castrata a/  
nimalia meliora esse quam masculi et femelle speciei. quia ma-  
sculi castrati meliores sunt quam feminine propter naturam  
masculinam: et meliores sunt quam masculi: quia ex castratio-  
ne naturalis calor remittitur: et similiter siccitas et ad quod  
dam speciei temperamentum castrata animalia reducuntur  
nam dum comparatur ad masculos non leduntur a coitu  
quoniam ut de partibus animalium inquit Aristoteles. a/  
nimalia multum coeuncia cito senescunt: et exsiccantur eo  
rum carnes et indurantur: et naturam senectutis acquirunt  
et per comparationem ad femellas non leduntur a partu  
aut ouisatione. videmus enim vacas capras pecudes et hu-  
iusmodi non parturientes. meliores habere carnes quam par-  
turientes: et gallinas non ouisantes meliores esse: et ideo  
dicitur quod gallinae in hieme meliores sunt quam per cetera an-  
ni tempora. quia. in autumpno ut plurimum ouisare dimi-  
tunt. et propter has causas etiam femelle animalium castra-  
te. ut in castratis scrophis et gallinis que caponissem dicun-  
tur apparent. Veruntamen castrata animalia per debilita-  
tem esse calorem proprium multiplicant humiditates et  
pinguedinem non multum bene digestas: que quandoque ma-  
li existunt nutrimenti. De tercia differentia manifeste vi-  
demus etatem animalium multum conferre ad bonitatem

carnium. Prima enim etas animalium est humida. et quanto magis ad senectutem tendit est siccior. licet posset aliquem humiditate accidentaliter humectari. Animalia quidem quorum naturalis complexio est sicca in illa etate meliora sunt in qua eorum complexio et naturalis siccitas cum humiditate etatius complexionis contempnatur. quod non ita pertinet de animalibus naturaliter humidam complexionem habentibus. et ideo dicimus quod agni et porci in tempore lactationis sunt mali et humidi et grossi nutrimenti stomachum granantis. quia eorum naturalis humida complexio: cum humiditate etatius et puerilis complexionis adiungitur: sed ulterior procedente etate ad maiorem siccitatem humida naturalis eorum complexio in etatibus discursu contemperatur. et ideo apud medicos. et proprie apud arabes ubi non est multum in usu arietum castratio magna laude extollitur caro annualis agni ante pollutionem. omnis autem caro animalium antiquorum est pessima et difficilime digestionis. et malorum humorum et similiter animalium ab utero ereuntium. aut partui propinquorum. Et aues ante originem bona rum pennarum putrescibiles humores generant. stomacho et toto corpori abominabiles. De quarta differentia. Undemus enim secundum diuersas regiones. diuersa animalia meliora esse ut in locis montuosis et petrosis meliores castrati producantur. subtiliorum leviorum et saporosiorum carnium. Ex maritimis et paludosibus regionibus contrarium. ex melioribus enim herbis et pascuis meliores humores. lac et carnes producuntur. et tanto meliores carnes animalia producunt. quanto eorum naturae proportionatores cibos habent. unde portos meliores carnes habere dicimus. dum glandes comedunt. quam dum herbas. et capones et gallinas meliores esse ex frumento aut milio nutritos quam ex herbis. aut surture. De quinta differentia absolute meliora sunt

animalia media inter macredinem et multam pinguedinez  
quia multa pinguedo appetitum obtundit. stomachū debilitat et digestionem impediret. et ad malos humores corpus preparat. unde cautela ex pinguis animalibus maciores carnes comedere. et ex macris animalibus carnes pinguiiores eligere. De sexta differētia. calida animalia meliora sunt in hieme propter suam humiditatem. et frigida in estate. unde caro porcina apud illos quibus non contradicit appetitus melius est in estate quam in hieme propter suam humiditatem. et pipiones meliores sunt in autumno quam in vere. et parue aves in vere dum nidificant non sunt bone. in autumno autem que ex viuis et sicubus nutriuntur sunt meliores. et turdi meliores sunt in hieme dum non tantum exercentur in volatu tempore nivis. cum pastum vermiculorum circa radiees arborum querentes sunt. De septima differētia. magnam quidem diuersitatez et differentiam acquirunt carnes ex modo preparandi. pinguisimae carnes melius est assari quam elissari. et meliores super ardentes prunas piectas. ut superflua eorum humiditas super carbones fluat. et resoluatur et siccior reddatur. Carnes macerimae melior est elissare quam assare. ut earum siccitas cum humiditate aquae contemperetur. medie autem carnes assari et elissari possunt secundum naturam animalis. et comedentis appetitum. et quorundam animalium carnes meliores sunt assate. ut porcorum et aliorum humidorum. et quorundam meliores sunt elissate. ut carnes bouine et aliorum siccorum. carnes frise. et carnes in viscuso cum almuri coquitate inter assatas et elissatas in virtutibz medie existunt. licet frise assatis sint propinquiores. et in viscuso coquitate elissatis. Et cauen- dum est ne carnes assate fortiter cooperiant. imo discooperte dimittantur. nam cum carnes assate niminim cooperiantur ut prohibeatur earum evaporation ad venenositatem cōuer-

tuntur. ut autores volunt. et experimento comprobatum est.  
carnes assatae maioris et melioris sunt nutrimenti. et robustis corporibus conuenientiores et difficilioris digestionis  
et siccus nutrimentum generant quam elissate. quia carnes elissate sunt humidiores humiditate aquae et accidentaliter. licet carnes assatae humiditate propria quam elissate. Caro quidem assata in propria humiditate decoquitur. elissate vero in aliena que suam extrahit humiditatem. unde caro elissata sic citius redditur humiditate propria quam assata. nec carnes assande illico ad magnas prunas approximari debent. quia intempestiuam faciunt crustam. impeditur caloris penetratio ad partes intrinsecas. et decoctio centralium partium. ideo dixit Aristoteles. artificios ius esse assare quam elissare. carnes insuper ultra earum proprias naturas tales acquirunt virtutes quales sunt res cum quibus condituntur. omnium harum regularum et aliarum quas hic gratia breuitatis omittimus testimonium reddit experientia. De octaua autem diversitate clarum est quasdam species animalium meliores carnes habere quibusdam. absolute melior caro inter uolatilia dicitur sterna aut fasianus et gallina. Inter silvestria capreolus et porcus silvestris iuuenis ante pollutionem et sumiliter in membris existit dra. ut meliores sunt carnes testiculorum et mamillarum quam epatis et aliorum membrorum. ut autem isti oculi diuersitatis habeant noticia. ponentur virtutes fere de quibus species aliquam praestabilium et eorum membrorum. et primo tamquam a nobiliori incipiendo est sterna. Caro starne ex subtilioribus et leuioribus animaliis carnibus existit. ad tempore declinat. et corporis iugum cor fortat ei debilitatem curat. epati stomacho et hidropisi fertur. et in coitu augmentum facit. et in his qui subtilli volunt custodiri regimine convenientior est et meliores sunt eius pulli. Caro perdicis: quia perdit est species starne. licet quidam aliter dicant: augmentum bonum in cerebro et

intellectu p̄ebet: coitum ercitat: et eius materiam augmē  
tat. caro fasiani licet auerrois velit ipsam esse meliorē et  
carnibus avium. tamē inter bonitas starne et galline me  
dia existit caro gailinacea: Galloꝝ melior est ille qui non  
dum cantat. nec dum coiuit. et gallinarum meliores sunt q̄  
nondū ouisant. melior est illa quę in ventre edi assatur. et  
quidam ex antiquis autorib⁹ laudant capones esse meli  
ores omni carne volatilium. et caro pulloꝝ in cerebro et in  
tellectu augmentum facit. et pullus masculus melior est ꝑ  
ſemella. caro gallinacea confortat pectus. sanguinez et na  
ribus fluentem retinet. vocem clarificat. et corpus impin  
guat. ius galli antiqui et solutioni et dolorib⁹ ventris po  
ratum confert. Caro coturnicis ex ea timetur spasmus. q̄  
comedunt aliquando belleborum herbā venenosam et spas  
mosam. quidam ex antiquis dicunt nutrimentum earū es  
se optimum et spermatis generatiuum. De coturnice et qua  
lea inter autores est magna dissensio. nam periti apud hy  
storias lingue latine per coturnices intelligunt qualeas. et  
sic intellexit translator⁹ Aliicenne in capi. de coturnice scri  
bens proprietatem qualearum: q̄ timetur ex eo spasmus.  
quia belleboꝝ comedunt. plurimi autores per coturnicem  
intelligunt auem quandam maiorem pdice: cū pennis pic  
tis. et est in bonitate carnium perdicis. Caro columboꝝ. Pi  
piones sunt calidi et humidi superflue et illi qui volare inci  
piunt sunt levioris et melioris nutrimenti: pulli tñ colum  
borum flematicis multum conueniunt: et in colericis con  
diri debent cum agresto aut simili frigiditatē alterante. co  
lumbi antiqui dure sunt digestionis. et illaudabilis nutri  
menti: Caro turturis quidam dicunt q̄ turtur est perdix et  
errant. eius nutrimentū est stipticum et mirabiliter in ven  
tris fluxibus confert. Aliicenna laudat carnes turturis es  
se meliores carnibus omnium volatilium. et dicitur in ara,

bico duraz uel alduraꝝ .et hoc est quia in regione auicenne  
sunt meliores qꝫ in Italia vt dicunt qui ibidem habitant .  
vꝫ quia turtur sua proprietate confortat cerebrum . et intelle  
ctuam virtutem . et in coitu augmentum facit . Caro passe  
ris calida est . mali nutrimenti et difficilis digestionis . et lu  
xuriā communouet . Caro alaude per se stiptica est . ventreꝝ  
stringit . sed brodum propter vitrositatē quam habet ex  
trabendo illam in coquendo ventrē soluit . caro anatis cali  
dior est omni carne volatilium domesticorum . frigidis cō  
plexionibꝫ confert . et calidis nocet . si frigidis condūmentis  
non alteretur impinguat . resolut ventositatē . et clarificat  
vocem . cū autem eius caro digeritur est maximi nutrimen  
ti . et proprie stomach⁹ seu griscibile eius . Caro anseris fri  
gidior carne anatis . et ab ea parumper differt : et meliores  
partes ei⁹ sūt hale pectus aut venter . Caro gruis . paonis  
strutionis . et magnarum avii grossi est nutrimenti et dif  
ficialis digestionis . nec pro nutrimento multum concedens  
Caro volatilium aquaticarum in lacunis f lumenibꝫ et pra  
tis aquosis commorantium grossa est et superfluitates ge  
nerans . et vsus eius non est laudabilis . Aves minute bo  
ni sunt nutrimenti . et proprie dum non nūdificant . et dum  
sunt pingues : et istius conditionis est turdus . sed timetur  
comestio stomachi eius seu grisibilis . quia quidam dicunt  
qꝫ napellum comedit . que est herba venenosissima . Caro q  
liꝫ calida est et humida . sed tempore veris dum ad nos qua  
liꝫ reuertuntur melencolica est et sicca et mali nutrimenti  
in autumno autem dum pinguis est bonum prestat nutri  
mentū . facilis fit digestiōis . coitū et eius materiam augmē  
tat . de proprietate qualee magis credendum est quod dici  
tur supra de coturnice . Caro caprioli est ex carnibus silue  
stribus laudabilior boni nutrimenti . et paucarum super  
fluitatum . licet sanguis ex eo generatus ad aliqualem me

Iancoliaz tendit. caro leporis frigide est complexionis et  
sicce. licet dicatur quod in quibusdam locis sit calide: boni  
est nutrimenti. sed generativa est humorum melancolico-  
rum magis quam caprioli. coagulum eius est constrictiu[m] ven-  
tris. est tiriaca ad omne venenum. et cerebrum leporis facit  
infantibus cito orti dentes. Caro edi est ex melioribus car-  
nibus domesticis. nullam habens in se malicię admixtionē  
si non sit multum partui propinqua. quia tunc in se viscosi-  
tatem et superfluam humiditatem habet. dum magnus Et  
gduis et pinguis cōtemperatur sua naturalis complexio sic  
ca ab humida etatiua: et propter hoc leuem subtilem et con-  
tempatum sanguinem generat. nec conueniens est multuz  
laborantibus: quia cito resolutur propter eius subtilitate[m]  
et teneritatem substantię nutrimenti quod ex ea generat. Et  
erictum castrorum caro melior est carne agnorum. mul-  
tum enim et bonum sanguinem generat. calida est et humi-  
da quasi ad temperamentum declinans si in iuuenili etate  
sit. Decrepiti autem ut supra dicebatur sunt pessimi. Caro  
bouina frigida est et sicca difficultis est digestionis. et gros-  
sum turbidum et melanolicum generat nutrimentum. ad  
quartanas febres preparat. scabiosis et leprosis nocet. Vis-  
tulina autem propter temperatiam etatis ut supra dice-  
batur bona et fere temperati nutrimenti existit. Caro por-  
cina sicut alie carnes variatur in bonitate et malicia secun-  
dum varietates etatum. multum humida et viscosa est. nu-  
trimentum eius est bonum et est multum conueniens ma-  
gis robustis corporibus quam delicatis. quia est tarde reso-  
lutionis. sed propter eius viscositatez nocet paraliticis. po-  
dagricis et dolorem hyliorum et lapidem renum aut ves-  
ce habentibus. Sed caro porcina silvestris est laudabilior  
si iuuensis sit. ut supra dicebatur: et caro cerui fere similis  
existit carni bouine. Caro ericij quidam est terrenus. et qui

dam est montanus. eius caro resolutiva et exsiccativa est.  
vſus eius licet non generet multum bonos humores: tamē  
multarum existit virtutum. stomachum confortat. ventrē  
soluit. confortat lepre et scabiei. Caro salita confortat hydropi-  
cis et lapidi renū. et eius assiduatio confortat mingentibus  
in lecto. ita ut difficile sit vrinare. licet quidam dicant q̄  
vrinam prouocat. et confortat vermium morsui. Restat δ  
particularibus membris animalium dicere. et primo de ce-  
rō: meliora sunt enim cerebra volatilium. Caro tamen  
cerebri frigida est et humida flematicas generans humores  
fastidium in stomacho inducit. Si post cibum comeditur  
vomitum preparat. ideo cerebrum comedenduz est in prin-  
cipio cibi conditum cum aromatibus: aut aceto et menta:  
et similibus. bonum dat nutrimentum si digeritur. calidas  
complexiones habentibus confortat. coitus materiam auget  
et ventrem lenit. cerebella omnia salubria sunt ad venena  
habita et ad morsus venenosorum dum comeduntur. et qui-  
dam hanc laudez maxime attribuunt cerebello laudis et cu-  
niculi. Capita animalium grossi sunt nutrimenti et ad fe-  
bres colericas preparant. multum tamen nutriunt. et semi-  
nis materiam augment: oculi si tenerrimi et pinguis sint ani-  
malis et circa eos pinguedo existat frigida sunt et hūdī et  
bōi existit nutrimenti: lingua humorez generat humidū: et  
fere temperatum inter molleum et durum. et si cum carne  
glandosa sibi adiuncta vnde saluia causatur comeditur bo-  
num est propter viscositatem et humiditatem cum dulcib?  
aromatibus condiri. Cor frigidum est et siccum: ideo me-  
lancoli existit nutrimenti. et tarde digeritur. et multum  
nutrit. Nec istud contradicit illi quod superius diceba-  
tur cor esse fontem caloris in iuventute. et vite sun-

et vite fundamentum. nam aliter situantur et graduantur in  
complexione membra viventia respectu tempati membra no-  
stri corporis. et aliter eadem membra mortua in comparati-  
one ad nutrimentum. aut cibum temperatum. cor enim vivens  
est calidissimum in genere membrorum viventium. et cor mor-  
tuum in genere ciborum. est frigidum: et sic est de viventi-  
bus animalibus. Ut lepus in genere animalium viventium  
est frigidus et siccus. et tamen autores ponunt carnem in ge-  
nere eius ciborum esse calidam et sicciam. multum enim si-  
fert aliquod graduari in comparatione viventium a semet  
ipso graduato in comparatione ciborum. pulmo frigidum et  
humidum generat humorem: et sic in genere ciborum frigide et  
humide est complexionis. et tamen in genere viventium me-  
mbrorum calidus est et siccus naturaliter. pulmo est facilis  
digestionis propter eius raritatem et eius levitatem: et est  
paucissimi nutrimenti. Epar humores generat grossos. et  
est difficilis digestionis. et multum in stomacho moratur:  
et remouet famem longo tempore in tantum quod autores scri-  
bunt. quod ex epatis fit cibus quidam ex cuius vnicula come-  
stione stat homo per aliquot dies sine fame. epar tamen lau-  
dabiliorem generat sanguinem quam carnes pinguedinez non  
habentes. epar lactantium animalium est melius. sed inter ce-  
tera melius est epar galline. aut anatis pinguis. epar capra-  
rum aut hircorum detegit epilepsiam et epilepticis nocet. nam  
cum ipsum comedunt subito epilepsiam incurront. epar lupi e-  
pati hominis multum confert. et prohibet metum et ab homi-  
nationem aquae. vbera seu mammilla frigida sunt et sicca pro-  
pter neruositatem. grossum et multum et bonum generant  
nutrimentum. et si in eis est lac nutrimentum est grossius:  
Splen tarde digestionis est. sanguinem generat melancoli-  
cum. acetositatē quandā in se habet propter fuisse receptaculum  
būorum melacolicoꝝ. vñ stomachū fortat et appetitū prouocat

licet cito faciet: et inter ceteros splen porcinus est melior: ha-  
le avium omnium membrorum laudabilissime sunt: et meli-  
us generant nutrimentum et subtilius propter earum exer-  
citum et fatigationem meliores sunt hale gallinarum et an-  
serum. et similiter colla anserum et gallinarum sunt melio-  
ra collis omnium: et omnia colla sunt boni nutrimenti. si  
abscqz sanguine in ipsis congelato comedatur. Renes sunt  
difficilis digestionis et horribilis saporis: propter nutrimentum  
tum. Quis ex pinguedine vrmqz cuius sunt colatoria: humor  
ex eis generatur malus: et laudabiliores eorum sunt renes  
lactantis edi. Venter parvus et mali nutrimenti est: et ei assi-  
milantur viscera. ex quibus fit trippa. flematicum generat  
humorem et impinguat. ventres autem avium sunt melio-  
ris nutrimenti: precipue gallinarum et anserum: tunica in-  
terior stomachorum gallinarum et etiam aliarum avium ex-  
siccata confert ori stomachi: et dolori eius. ex illa medici bo-  
num electuarium ad eandem intentionem componunt. tes-  
ticulus melior est animalium iuuenium. quia antiquiorum  
non melius est nutrimentum mamillarum qz testiculorum  
preter testiculos gallorum qui boni plurimi et laudabilissi-  
mi existunt nutrimenti. et licet neruosi sint tamē facilis ex-  
istunt digestionis. tussi sicce et pectori conferunt eius leni-  
endo asperitatem. ulceribus viarum vrine prosunt. et licet  
propter eorum viscositatem sint solutiui: tamē dissenterie  
prosunt et ventris fluxum stringunt. pedes anteriores pe-  
dibus posterioribz meliores existunt. Cinamomuz et cumi-  
num quere in septimo capitulo de aromatibus. Ceppe in. c.  
de acrumine: Cicercula in capitulo de ciceribus. Colubus  
castratus. coturnix capolus. ceruus. cerebella. caput collu:  
omnia sunt in capitulo de carne.

¶ De Dactilo. Cap. xxxvi.

**D**actilus calidus et humidus in primo gradu inter fructus boni existit nutrimenti difficilis est digestionis. bonum sanguinem generat. differunt dactili secundum diuersas regiones: ubi sunt. in calida enim regione dulciores sunt quam in frigida: et dulciores generant et patis et splenis opilationes. et citius digeruntur. et ventrez lubricant et melioram sanguinem generant.

**¶ De Endiuia. Cap. xxxvii.**

**E**ndiuia quedam est silvestris et amarior. quedam domestica et ortulana cum folijs crispis. utramque utimur in salaticis et ferculis quem recens est frigida et humida est in primo. et quanto plus de amaritudine participat. tanto minus de frigiditate et humiditate habet. quidam tamen dicunt silvestrem frigidam esse in primo: humidam in secundo. licet endiuia non generet tam bonum sanguinem sicut lactuca: meliores tamen virtutes habet. et silvestris melior est quam domestica. aperit opilationes epatis et venarum. et malam caliditatem extinguit. remouet fastidium stomachi ex caliditate productum illum confortando: et est res optima stomacho calido comesta aut superius empletustrata: Hanc singularem inter ceteras herbas habet endiuia. quam tam in materia calida quam frigida epati iuuamentum prestat. In calida quidem ratione manifestarum qualitatum: et in frigida ratione aperitionis opilationum: et sue proprietatis occulte quando comeditur cum aceto stomachum confortat et ventrez stipticat. Ipsa cum radice sua pistata aut emplestrata aut succus eius bibitus puncture scorpiorum vesparum et prauorum vermium venenosorum confert.

**¶ De Eruca. Cap. xxxviii.**

**E**Ruca alia oitulana alia silvestris: calida est in se-  
cundo et sicca in primo. sed recens habet humiditatem in prima. licet inflativa sit aperit tamen opila-  
tiones epatis. sola comesta capit is dolor em inducit. qui a la-  
tuca endiuia aut portulaca remouetur. eruca insuper secum  
dam varias complexiones et diuersam quantitatem diuer-  
sos p ducit effectus. Ab ipsa caueri debent colerici et sanguinei nisi cum predictis herbis frigidis comedatur. de ipsa  
enim si multa comedit et sola acuit sanguinem. luxuriā re-  
mbuet eiusque materiam ericcat. tempore autem comesta in  
frigidis complexionibus digestiūam confortat coitum inci-  
rat et eius materiam auget. et proprie si cocta comedatur.

**C**De Enula. Cap. xxxix.

**E**nula calida est et sicca in secundo. licet aliquales  
superfluam humiditatem in se contineat. radice  
eius utimur. aut in insalatatio cum sua amaritudi-  
ne. aut cocta in tortellis cum ouis et cerebellis et similibus.  
ei usus melior est in hie me. confortat cor. pectus atque pul-  
monē a viscosis et superfluis humoribꝫ mundificat. stoma-  
chio repleto pdest. epatis et splenis opilationes aperit. sup-  
fluus ei usus sperma diminuit et sanguinem putrefacit. sia-  
ticis podagrīcis et doloribꝫ oībꝫ ex frigida causa fortat. et  
morsui serpentū p ficia est enula insup. et proprie succus ei  
us singularē habet virtutē vt vermes interficiat. ipsosque cor-  
pore exire faciat. edius eritius epar. superius in c de carne.

**C**De Ficu. Cap. xl.

**F**icus q̄ recens ē parūp ē calida declinans ad humili-  
ditatē. sed ficus siccus sicca calida et sicca in p̄mo.  
Ficus quidē oībꝫ fructibꝫ laudabilior et nutribili-  
or existit: q̄ nō est matura calida ē et ardēs et mala ppter  
lac eius sed bñ matura est propinqua: t̄ non nocet: licet om-  
nes fructus sunt nocivi: quanquā cortex ficus sit dura ad

digerendum. sicut cutis et semen panicosum sit mali humo-  
ris generatum per se solum : tamen fucus si non existit in  
similitudine nutrienti carnium: inter ceteros vero fruc-  
tus vehementioris et laudabilioris et melioris existit nutri-  
menti : fucus albe meliores sunt rubeis. et rubeae nigris : om-  
nes tamen fucus virtutem habent impinguandi. licet eius  
impinguatio faciliter resoluatur: et principalis conditio fu-  
cuss est bonum generare nutrimentum si in stomacho bo-  
nos reperit humores. sed si malos reperit et superflui. et  
proprie que est sicca malum et penetratum generat sang-  
uinem. et secum illos humores ad superficiem corporis et par-  
tes catenae ducit . et propter hoc fucus generat pediculos .  
et exteriorem cutim humetant: et sudare faciunt. et omnis fu-  
cus tam recens quam sicca epilenticis confert. pulmonem . pes-  
ctus. gutturis asperitatem lenit . opilationes epatis et sple-  
nis aperit. licet eis noceat : et duo apostemata sunt super il-  
lam dulcedinem : vrinam prouocat. humores grossos a re-  
nibus et vesica expellendo: que recens est aliqualiter nocet  
stomacho. sicca vero non nocet . et sicca est mirabilis iuu-  
amenti in aperiendo vias cibi . et proprie cum nyce uel amig-  
dola: et virtutem habet solutiua aliqualiter et proprie cum  
amigdola. primi fructus fuci qui ut flores sunt quos fol-  
latia nos dicimus : superfluam et indigestam babens hu-  
miditatem . mali et grauis nutrienti . et faciliter digestibili-  
tem. inde est quod sole exsiccati non possunt. licet in calidiori  
anni parte producantur: et ab autoribus experimento com-  
pertum est: quod fucus nux et ruta de mane simul comesta con-  
tra omne venenum est. et contra pestilentiam aerem spe-  
cialiem virtutem prestat.

De fungis. Cap. xi.

**A**ungi inter ipsos et tubera est differentia. ut in cap. 8

tuberibꝫ patebit: frigidi sunt ⁊ humidi in quarto. licet qui  
dam dicant q̄ sint in tertio. difficultis sunt digestionis ⁊ hu-  
morem generant grossum. timetur ex eorū comestione stu-  
por membrorum. dolor ventris. apoplexia. difficultas vri-  
nandi. et prefocatio cum morte. fungoꝫ quidam sunt mor-  
tiferi ⁊ quidam non mortiferi. Fungi nigri in eorum sub-  
stātia virides ⁊ azurri sunt mortiferi et illi in quorum sup-  
ficie est humiditas viscosa et apparens putrefactio: de iu-  
niciis etiam fungorum bonorum credendum est expertis  
in regione vnde sunt. Ut rūntamen experti in cognitione  
fungorum quandoq; decipiuntur. quia species fungi boni  
et incognoscibili re potest venenum acquirere: Fungi enī  
ex vaporosa putrefactione oriuntur. non ex seminibus aut  
radicis propagatione: sicut alia vegetabilia. minera igitur  
ortus eorum posset esse sulphurea aut alterius veneni pro-  
ductiva. ideo qui fungos colligunt attendere debent ⁊ ca-  
uere ne fungi iuxta ferrum eruginosum oriuntur. aut arbo-  
rem venenosum. aut arborem dantem sibi malam qualita-  
tem sicut olīue. licet quidam fungi iuxta olīwas sint etiam  
boni. attendant insuper cauernas serpentum ⁊ vermiꝫ ve-  
nenosorum. quia ex istis iam multa mala exempla reperta  
sunt. ⁊ multe familiꝫ ex comestione fungorum simul una  
nocte periere. ideo fugienda est eorum comestio. sed si aliꝫ  
quando stupidissimus eorum sapoꝫ nos decipiat: ⁊ oportet  
at intellectum sensui obedire. tunc attendendum est q̄ pi-  
ra sunt tiriaca fungorum. elissentur ergo cum piris aut cū  
folijs pyrorum. ⁊ projecta prima aqua recoquuntur ad per-  
fectionem: ⁊ conditatur cum sale ⁊ aromatibus calidis: et  
bibatur cum ipsis vinum purum ⁊ bonum. quia in hoc vir-  
tutem habet tiriacalem: ⁊ bonum est post ipsos pira come-  
dere: non tamen quē cum ipsis cocta sunt.

**D**e Fari. Cap. xlvi.

**A**er est spesies frumenti quo utimur in ferculis: q̄ si temperate est complexionis ad caliditatem declinans. multi et boni existit nutrimenti laudabilez generat sanguinem. sed nimius eius usus epatis et splenis opilationem facit. et nocet lapides et barenulas habentibus in renibus et in vessica. si ex ordeo fiat virtutem ordei obtinebit.

¶ De fabis. Cap. xliii.

**A**b frigidē sunt et siccē propter temperamentum virides autē ad humiditatem tendunt: et sunt piores illis. quia humiditates superfluas generant et stomacho magis nocent. omnes fabē dure sunt digestio- nis. et propter suam ventositatē sunt multum inflatiue unde vaporess eleuantur. et caput grauant: spiritusq; ingros- sant. et mala somnia videre faciunt: et melius sunt excorticatae et fracte q̄d que corticibus comeduntur: longa remolitio et multa decoctio et comedere eas cum aromatibus et herbis calidis. earum ventositatem remouent. et proprie projecta aqua prime decoctionis. confert tussi et pectori ipsum leni- ficando. et cum aceto et corticibus ventrem constringunt.

¶ Faseoli. Cap. xliiii.

**A**seoli calidi sunt et hūidi in primo. humores gros- sos generant et inflatiuos. ventrē mollem faciunt et impinguant. et urinam provocant. pectori et pul- moni iuuentum præstant. caputq; grauant et ad somnia terribilia præparant. sinapis origanum et vinum purū ab eis omne quasi remouent nocumentum.

¶ De fenniculo. Cap. xlvi.

**G**eniculus calidus et siccus in secundo. ei⁹ utimur foliis in ferculis et in salatitiis: bonos inter hole ra humores generat. pectori confert et vias opilationis aperit. radices eorum bone sunt cocte cum ciceribus quia eorum aperitiuam virtutem augent. sed melior pars geniculi est semen eius. vrinam prouocat. epatis opilations aperit. et geniculus silvestris lapidem frangit. omnis geniculus prodest visui et eius visus visum acuit. Et quidam antiquorum estimauerunt quod serpentes in fere comedunt folia geniculi. et fricant oculos per geniculum dum ereunt de caueruis. ut eorum visus confortetur et corroboretur propter debilitatem quam oculi eorum acquisiuerunt ex longa mota terre in hieme. Fasiani caro est. in capitulo de carne.

**D**e grano pini. Cap. xlvi.

**G**ranum pinii modicum ad humiditatem et caliditatem declinat. est impinguatum: confert debilitati nervorum et eorum modificationi: pectori pulmoni et debilitati omnium membrorum auxilium facit coitum incitat et auget. eius materiam multum incitat et auget: et maxime cum zucharo comeduntur. veruntamen virtutem modificatiuam habet et nocet stomacho. et tale nocumentum ex ablutione et remollitione in aqua calida removetur: et qui calidam complexionem habent debent illud comedere cum zucharo cum melle et proderit stomacho et meliores generat humores.

**D**e Granato. Capitu lum Quadragesimum septimum.

**G**ranatum malorum granatorum tres sunt species dulces muze et acetosæ. que omnes frigide comple xionis sunt apud Alucennam. qui frigide complexus regionis oriundus fuit. scilicet extrime partis arabie versus septentrionem. sed acetosæ magis sunt frigide: deinde muze. deinde dulces sunt minus frigide: apud ceteros autem autores de calida regione oriundos dulcia granata calida iudicantur. quia in regione frigida mala granata nunquam ad tantam dulcedinem veniunt ut debeant calida iudicari. Imo granata dulcia in regione frigida muza appellantur in regione calida usus malorum granatorum. potius sunt ad medicinam quam ad cibum virtutem habent citoniorum ante cibum in stringendo ventrem et post cibum stomachum confortat. ascendentis vaporess reprimunt. accidentales calorem et aeris calidi cauam extinguiunt. et cordis confortationem virtutem habent. gallina grus. in capitulo de carne Gariosolus. supra in capitulo de Aromatibus.

**D**e Oleribus. Cap. xlviii.

**O**lera pauci sunt nutrimenti: et secundum diuersas eorum naturas ut ad cibum et potum pertinent. in diversis reperiuntur capitulis.

**I**n iuube. Cap. xlir.

**I**uube in ipsis autores sunt discordes. quidam volunt quod sint calide. quidam frigide. quidam quod sint sicce. sed ad aliquem declinant humiditatem. difficilis sunt digestionis. grossum generant sanguinem. et pauci sunt nutrimenti. pectoris et pulmonis asperitatem minunt. et Gal. dixit quod reperit iuubas in conservanda sanitatem et remouenda egritudine aliquid opantes.

**De Latica.** Cap.i.

**L**atica frigida est et hūida in secundo. et facilis digestionis: et pauci nutrimenti. licet plus nutriat elissata et cruda. optimum generat sanguinē. nutritmentum et sanguis ex ea generatus laudabilior est omni sanguine aliorum holoz. et melior est si munda colligatur et non lauetur. quia ablutio aufert bonitatem ex ea: aq̄iam in sua humiditate et frigiditate augmentum prestat. et remouet bonam eius virtutem que in superficie existit: et sit aliqualiter inflatiua. suavis tamen latica dormire facit et profundius cum aceto comesta appetitum inducit. et stomacho calido confert: et similiter tussi ex calida materia generate: plurimuz tamen usus eius oculos obtenebrat visus debilitatem inducendo. prouocat vrinam et remouet appetitum coitum et eius materiam minuit. et proprie semen suuz quod in potu sepe sumptum habentibus nocturnas pollutiones aliquando in somniis suis maximum quidem iumentum prestat.

**De lupino.** Cap.ii.

**L**upinus ex sui natura calidus est in primo. siccus in secundo. licet quidam dicant utruncq; in secundo. Lupinus amarus potius ad medicinam pertinet et ad cibum vermes interficiendo et opilationes apriendo. dulceatus autem ex frequenti aquarū remollitione ad nutritiū est aptus et non calefacit corpus: quia ex remollitione caliditatem et amaritudinem deperdit. difficilis autem est digestionis. humores tamen crudos et malos generat.

**De Lente.** Cap.iii.

**F**ons frigida est in primo sicca in tertio. licet qui  
dam dicant q̄ ad temperamentum declinet: eius  
cortex est ventris solutiūs et medulla est stiptica  
et difficilis digestio: sanguinem generat grossum et me-  
lancolicum. ad lepram ad cancrum et ad alias egritudines  
melancolicas dispositum. est inflativa et cerebro et stoma-  
cho et pectori ppter eius ericationem nocet. visum obte-  
nebrat et aliquā videre facit somnia mala. extinguit sanguī-  
nis caliditatem; et materiam coitus ericcat. vt autē non ne-  
ceat debet excorticari abiecta prima decoctione: et in noua  
recoquatur aqua. et cum aceto et aromatibꝫ aut amigdolis  
condiat. et utilior modus preparationis est cū scđa lentiū  
decoctione modicum farinę ordei admiscere: ex cuius quidē  
comestione nutrimentum valde bonum generatur.

**De lacte. Cap liii.**

**L**Ac temperamentum vicinum existit. ad frigidita-  
tem et humiditatem parumper declinans. licet qui-  
dam dicunt ipsum caliduz esse quod est trib⁹ sub-  
stantiis declinans si ex caseitate butiroositate et aquositate:  
que dicitur serū. de butiro autem et caseo dictum est: de se-  
ro autem non est p̄sentis intentionis. quia eius usus poti-  
us ad medicinam pertinet q̄ ad cibum. lac est nobilis sub-  
stantie et optimi existens nutrimenti facilissime digestionis  
et velocis conuersio in sanguinem. nec mirum cum lac  
sit sanguis in mamillis scđo decoctus: vbi ex mamillarum  
natura albedinem saporositatem et cibi habilitatē acquiſi-  
vit. diuersimode tñ lac bonitatē et maliciā participare pot  
qui diuersam virtutē acquirit scđm diuersaz naturā et pplexi-  
onē aīaliū ex quibꝫ mulgeat: nā licet laudabilissimū lac sit  
muliebre tñ p nutrimento nō utimur caprino pecudino rac-

cino busalino et similib⁹. talem vero virtutem habet lac qđe  
fere animal unde puenit · sed pro meliori nutrimento uti-  
mur caprino: quia stomachum magis confortat et epar mi-  
nus opilat : et lac iterū melius est ex animali iuueni ping-  
gui sano qđ antiquo: aut macro et infecto : et quanto meli-  
oribus pascuis vtuntur animalia: tanto laudabili⁹ erit lac  
et lac quidem vernale aut estivale melius est qđ biemale :  
aut autumnale · et melior modus sumendi lac est ipsum bi-  
bere ieuno stomacho · cū actuali caliditate: sicut mulgetur  
¶ differre cibum quoisq; de stomacho descenderit appeti-  
bilius est coagulatum comedere per spaciū ante cibū · qđ cū  
lac sit facillime digestionis · si cum alio cibo admisceret ·  
aut putrifieret: aut secū alter cib⁹ indigestus transferet · et  
quiescendū est ppter lactis assumptionē · ne ex motu ppter  
tenerā ei⁹ substantiā: aut corrupta⁹: aut aceſcat · lac mul-  
tum et bonū generat sanguinē · cerebrū et coit⁹ materiā aug-  
mentat · pulchru⁹ inducit colorē: et pprie cū zucharo mirtuz.  
pt̄hisicis et ɔsumptis hydropicis · ardori urinæ: tussi pectori  
et sputo sanguinis bonū auxiliū pstat · et ex natura quidem  
lactis ē in illuz humore ɔuerti: quē in stomacho pdominan-  
tem reperit · nā et si in stomacho sit calidior⁹ humor⁹ habū-  
dantia ppter sui butiroſitatē q̄ inflammat⁹  
corrupti⁹: et in fumuz ɔuertit⁹ · vñ caput grauat · sincopat  
et anxietatē inducit · Si uero in stomacho frigidi humores  
habundet: lac sua caseitate aceſcit: et in acidos et crudos hu-  
mores ɔuertit⁹ · Stomachus lac sumens debet esse bñ dispo-  
ſitus: et malis humorib⁹ vacuus: et in bona et naturali sua co-  
plixione exiftat · Et timeſ ne lac coaguleſ et caseeſ in sto-  
macho · Ideo autores volunt ut cuz ipſo aut post ipm ſuua-  
tur zucharum: aut mel ſumendum fit quod ab illo ſecurita-  
tem facit · Et abluendum eſt cum vino: aut cum aceto et  
aqua: aut melle et aqua post lactis assumptionem ·

Et remoueatur eius adherentia a dentib⁹ ⁊ gingivis : qui  
bus propinquum est nocumentū inferri. Quicq; capitis do-  
lor adesset: cauendum est a lactis exhibitione: quia illas au-  
get passiones. Aix ius eius vsus risum obtenebriat. lapidē  
in corporibus dispositis generat. ⁊ epatis opilationē indu-  
cit. Lac purum per se ventrem lubricat. Sed coctū: aut ubi  
ferrum ignitum : ⁊ igniti lapides extincti sunt: est ventris  
constrictium. Et lac optimum est contra medicinas mor-  
tales : et proprie contra potum cantaridarum: ⁊ belleboris.  
⁊ argenti sublimati: et aliarum medicinarum: quib⁹ humi-  
na præmit corpora. Limones in capitulo de citro. Lepus.  
Lingua in cap. de carne. Limacia in capitulo de pisce.

¶ De Mellonibus. Cap. l.iiii.

**M**ellones frigidi ⁊ humidi sunt in secundo: sed hu-  
miditas frigiditati dominat: melioris nutrimenti  
q; peponisse aut alii fructus sui generis. Dulcis  
et maturus mello est conuenientior et melior humorum  
et proprie si cum semine comedatur. Mello et omnis fru-  
ctus sui generis. aptus est conuerti in illum humorē quem  
in stomacho p̄dominantem reperit. licet ad slematicos hu-  
mores facilius p̄uertat: et quidam dicunt ad colericos ⁊ cū  
non digerit nocet stomacho: vomitū: fluitū vētris: et do-  
lorem corporis: ventositatem: et rugitus: et cibi abomina-  
tionem inducit: et pprie si cum aliis cibis misceatur. Ideo  
ab antiquis p̄cipit ut comedatur ieiuno stomacho et ab  
humoribus mundificato: ⁊ post aliquantulū spaciu alter ci-  
bus comedi debeat: nocet nervis ipsos humectando: puo-  
cat vrinam. et pprie cuz semine eius. Et renes ab arenulis  
et lapillis mundificat: similiter et vesicam. Ut autē nocumē  
tum mellonū remoueat: colerici debent bibere post ipsum

oxizaacharam. i. viles et zucharo aqua et aceto factum. aut  
erumel: aut vinū: aut de zinzbere condito comedant. Repe-  
runtur aut nostri autores discordantes si post mellonem:  
aut peponē: qd idem est. vinum aut aq bibendū sit. Et sic  
fere de omnib? humidis fructib? est controversia. Huicen-  
na aut qui p̄iceps ē apud Saracenos fuit. vbi ex eoz lege  
vini potus phibet: dirit nō esse vinū bibendū post hūidos  
fructus: et p̄prie post pepones: qz ipsos indigestos ad cpar  
penetrari facit: et ī putridos querunt humores. Et in hac  
ratione omnes fere autores cōueniunt. Apud nos aut qui  
bus continuus vini est vsus: cessat illa ratio. Magnā qui-  
dem vim habet p̄uetudo. Est namq; res potissima in san-  
tatis custodia. Propter qd dicitur p̄uetudinem alterā esse  
naturā. Imo melius est vinum post mellones bibere qz ar-  
quā. licet contrariū apud Saracenos sit: et insuetos ad vī-  
num qui eo tm p medicina vtuntur. Neq; Huicenna vinū  
post mellones oīno phibet: cuz p̄cipiat humectatos ex mel-  
lonibus bonū et purum vinū bibere. Inde apud nos attri-  
tum surrexit puerbiū: dum odoriferū et potens gustamus  
vinū id pro peponibus bonū existere. Et Isaac in dietis  
pticularibus dixit vinuz vetus et odoriferum esse post per-  
sica: ut eoz putrescibilitas corrigatur. Mellones iuli qui  
vt eoz torti sunt: quos etiā mellones Saracenos dicim?  
in simili virtute quodāmodo citrulloz existunt.

De Moro. Capi. iv.

**M**Orum arboris celsi: quod dulce t maturp ad hu-  
miditatem et caliditatē declinat: parui est nutri-  
menti. stomacho nocet: et faciliter in eo corrumpi-  
tur: t ex eo cito descēdit: licet plurimo tempore stet in ven-  
tre. Ideo ante cibum comedenduz est vrinam prouocat. et  
ventrem humidū retinet. Cum autē mora dulcia in aqua

frigida lauantur et frigidant: multum infrigidativa sunt  
situm auferunt: et calorem intensorem extingunt. Moxa cel-  
si immatura frigida sunt et sicca. stomachum confortant: et  
ventris fluxum constringunt. Eorum autem usus magis  
ad medicinam quam ad cibum pertinet.

**D**e Moxa. Cap.lvi.

**M**ora rubi nigra et perfecte matura calida sunt et  
sicca: parui nutrienti. Ventrem stringunt: et du-  
res sunt digestionis. Eorum usus potius ad agre-  
stes et rusticos est quam delicata vita viuentes: quando in ma-  
gna quantitate comeduntur caput grauant. bonum est an-  
tequam comedantur ipsa ablueret. sicut de moris celsi dictum  
est.

**D**e Menta. Cap.lvii.

**M**enta ortulana quem aromaticum habet odorem ca-  
lida est et sicca in secundo: licet in ipsa sit humiditas  
superflua. ex sua proprietate cor levificat. con-  
fortat stomachum. calefacitque appetitum inducit: abdomina-  
tionem ex putridis humoribus factam remouet. singultus  
et vomitus ex sanguine aut humoribus frigidis reprimit:  
excitat et adiuuat coitum propter inflationem quem in ipsa  
est et humiditatem superfluam. et propter hanc antiqui du-  
ces exercitum ut continentiores haberent milites nolebat  
mentam in eorum castris apportari. aut plantari: ut in prople-  
matibus suis narrat Aristoteles. Menta preterea interficit  
vermes. et sua proprietate confert mortui canis rabidi.

**D**e Maceano. Capitulum.lviii.

**A**cianum est de specie pomorum: quod a quibusdam  
dicitur malū appū ul' sibi simile. frigidū ē & siccū  
in primo. et illud in quo est aromacitas & dulcedo  
proprietatem habet cor confortandi et letificandi. & nutri-  
mentum eius in genere pomorum melius existit. fouet  
enim spiritus nutriendo.

**D**e maiorana. **Capi. lir.**

**M**ajorana calida est et sicca in tercio. aperit opilati-  
ones cerebri: conuenit doloribus capitis & humi-  
ditati atq; ventositati eiusdem confert. eius pul-  
vis tum melle mixtus liuorem sanguinis mortui sub oculo  
contingentis remouet. & similiter maiorana. viridis inter-  
dum lapides contusa eundem remouet liuorem. caput pur-  
gum. ex succo uel aqua eius cerebrum mundificat & cōfor-  
tat. & superposita cum aceto puncture scorpionis auxilium  
pr̄fstat.

**D**e Melle. **Capi. lx.**

**M**el est ros occultus denoche cadens super et reliq;  
quod apes colligunt. & in regionibus vbi ros ma-  
nifestus est ab hominibus colligitur & manna ap-  
pellatur. mel calidum et siccum in secundo. & melius est qđ  
cum bono odore dulce existit. ad aliquale declinans acumē  
est ut palea in colore. & vernale melius est estino: et estiuus  
autumnali. et pessimum est hiemale: mel incidit & mundi-  
ficat malos humores de interioribus corporum. frigidis &  
humidis competit complexionibus. et proprie senib;. quia  
in eorum corporibus cito in sanguinem conuertitur. calv-  
dis vero et proprie in estate inconueniens est. quia cito  
in colericos mutatur humores. mel quidem coctum meli-  
us melle est crudo. quia crudum ventositatem et inflati-  
onem generat. et cito penetrat: et velociter nutrit.

et prodest suffocationi facte et fungis venenosis. vrinā provocat. et tussi auxilium p̄estat. et mel in suis virtutibus diversificatur: secundum diuersitatem florū et herbarum. et foliorū super quos cadit: quod apes recolligunt. Acquirit enim ros qualitatem herbe sup q̄ stetit in nocte antec̄ ab apib⁹ colligatur. Et ideo mel regionis bonarum herbarum et arborum melius est melle malarum. Et mel si calefactum cuz oleo rosato bibatur: competit morsui vermium venenosorum et ei qui bibit opium. Et eius comedio morsui canis rabidi auxilium p̄estat. Mala granata in capitulo de granato. Mala arantia in capitulo de citro. Mala in capi. de pomis. Mala apia in capitulo de macianis. Mala citōia in capitulo de citonio. Milium in capitulo de panico.

¶ De Ruce. Cap. Ici.

**R**ur quedam est recens: que est humida: quedam sicca. Aux sicca calida est in tertio. sicca in primo: et quanto magis antiquatur tanto magis humiditatem perdit in tantum vetustatur aliqui ut naturam cibi amittat. est difficilis digestionis. et nocet stomacho calido quia cito in humores colericos convertitur: adustionē eleuans: et fumum faciens. Unde dolorem capitis et oculorum caliginem inducit. Aux grauat linguā et loquelę impedimentū p̄estat ppter imbibitionem suę humiditatis diagmę in masculis lingue. qđ bñ apud cantantes officiū in q̄ drages una comptū est. superficie oris. et tussi calide nocet: et ei⁹ gutturi nocumentū facit. tñ nux pdest stomacho frigido. et ipsa boni nutrimenti et bonę digōis existit: et proprie tēs et p̄dita cū melle. et remib⁹ frigidis iuuentū facit. cuz nux pista et cū aliis reb⁹ frigidē sit stiptica et fluxui vētris pdest. Aux sic⁹ et ruta laudabilis medicina ē. Þ omne venenuz

**E**t usum eius in pestilenti tempore de mane ieunio stoma  
cho saluberrimum fore diuturno experimento compertum  
est. Potest autem a siccis nocumentuz remoueri. si exterior  
cortex aliquali ruptura contundatur: et quasi ut recentes &  
virides fiant: saporosiores erunt: & fere absqz' nocumento  
existent.

**D**e Aespila. Cap. Ixii.

**A**espila frigida est & sicca in primo. ad medicinam  
magis pertinet q̄b ad cibum. stomachum confor-  
tare solet. vomitum & ventris fluxum constringit  
vrinam prouocat. parui tamen et grossi nutrimenti existit  
et magis stiptica est q̄b sorba.

**D**e Rasturtio. alias agretti. Cap. Ixiii.

**R**asturtium est herba qua. p̄ i salatitio vtimur quan-  
doqz. Vulgariter dicitur agretti: calidum & siccu-  
m i tercio. In virtute fere similis existit erucz. Eius  
vius in vieme melior est q̄b in estate. Et in modica quanti-  
tate pectori competit. et pulmonem ab humoribus crudis  
mundificat. appetitum inducit. licet stomacho mordicatio-  
nem faciat. epar & splenem calefacit. excitat coitum. et ver-  
mes interficit. conuenit bibitum punctioni venenosorum  
vermium: & cum melle etiam superpositum. Et eius suffu-  
migatio expellit animalia venenosa. Aut muscata in capi-  
tulo de aromatibus.

**D**e Oliuis. Cap. Ixiiii.

**O**liuis pro nutrimento vtimur dum condiuntur.  
& virtutem senicoli & aliarum reruz quibus admī-  
scentur acquirūt sunt difficilis digestionis & pui-

nutrimenti humores generant grossos et stipticos. Remo-  
uent stomachi abominationem. appetitum incitant sto-  
machum confortando. et oris odorem bonum inducendo.  
Et sumptus post cibos impediunt fumos ad caput ascen-  
dere. in medio vero prandio si sumuntur. magis appetitum  
confortant. Et Galienus multum laudat ad exercitandum  
appetitum oliuas in aceto repositas.

**D**e Oleo. Cap.lxv.

**O**leum olivarum quoddam ex oлиis immaturis  
exprimitur: et dicitur omphacinum. et est frigi-  
dum et siccum in primo. Aliud ex oлиis maturis  
fit: quod in usu habemus. et est fere temperatum ad calidi-  
tatem et humiditatem declinans. Cum oleum commune an-  
tiquatur: in virtute calidissimorum oleorum existit. et ba-  
bilitatem condimenti deperdit. Si autem omphacinum an-  
tiquatur: simile oleo communis fiet. Et licet oleum ompha-  
cinum sit saporosius et confortatius: tamen oleum commu-  
ne absolute est melius. Omnes olei species corpora confor-  
tant. sed omphacinum cum sit stipticum et saporosius erit  
stomacho iuamentum. Et potus olei communis quanti-  
tate unius ciathi ieuno stomacho vermes inter ficit. et ip-  
sos extra ventrem inducit. Siquidem sumpto veneno ex o-  
leo et aqua calida fiat vomitus: veneni maliciam reprimit.

**D**e Ordeo. Cap.lxvi.

**O**rdineum frigidum est et siccum in primo. Far et pa-  
nis eius est minoris nutrimenti quam tritici aut al-  
besi. facilis est digestionis. abstensuum refrigera-  
tiuum. Et eius farina habet virtutem stipticaz. prodest ca-

lidam complexionem habentibus .et ventris laboribus ex  
ventositate factis nocet. Tamen eius farinata perfectiore  
generat sanguinem .et pectori et cerebro utilitatem prebet.

¶ De Ovis. Cap.lxvii.

 Ua fere temperata sunt .et humanę naturę vicini  
tatem habent .licet albumen ad frigiditatem et vi  
tellum ad caliditatem declinet .et ideo est albumen  
vitelli parumper durum ad dirigendum et tardum ad egeren  
dum. Quorum vitella cor valde confortant .cum ex lauda/  
bilibus auibus accipiuntur .vt galline .starsene .fasiani .et  
similius .facillime autem digestionis .et velociter in sanguinem  
transmutantur .et inter omnes cibos paruissima ex  
eis sequestratur superfluitas .Sanguinem generant con  
formem sanguini quo cor nutritur .scilicet subtilem clarum.  
et cito in cor impellitur .ideo pre ceteris aliis nutrientibus  
conuenientiora sunt in dissolutione spirituum et diminuti  
one sanguinis cordialis .competunt asperitati pectoris .tus  
si .spleuresi .ethice .raucedini vocis .stricture pectoris .et spu  
to sanguinis .Et si in aceto coquantur cum coitice sicut sunt  
quousque indurenct .fiant stiptica et ventrem constringunt  
et vitella ouorum competit ardore rrine .ulceribus renū et ve  
sice .et proprie si cruda sorbeantur .Omnia oua in coitu augme  
tum prestant .et naturam ex coitu debilitatem restaurant .ouo  
rum preterea comedio stomachum a malis humoribus mundifi  
catum requirit .qr propter terrimā eorum substantiam si calidos  
reperiit humores putrescunt et in putridam et colericam puer  
tunt materiam .Si autem frigidos repit .acescunt .sicut supra d  
lacte dicebat .oua insuper ex multis rebus in suis bonitatibus  
diuersitate accipiunt .nam ex predictis auibus meliora sunt mari  
me si sane pīgues et in iumentute existentes sint .et proprie si ex  
boīs nutriant rebus .vt ex milio frumento panico et bulusmoī

Nam videmus oua ex gallinis pascentibus herbas mala esse. et odorem atque saporem herbarum quibus vescuntur habere. Et oua gallinarum et aliarum avium que a gallo et suis masculis non cascantur. ab Aristote. oua venti dicuntur. quae non sunt prolifica. minoris existunt bonitatis quam oua avium suis masculis succumbentium. que prolifica sunt. quoniam ex naturali caliditate seminis masculi redduntur oua melioris substantie et laudabilis nutrimenti et facilitatis digestonis. Oua anatis. anseris. pauonis. strutionis: et similium malii nutrimenti sunt. grauem habent odorem. et stomacho fastidiu[m] faciunt. Oua recentia sunt meliora et quanto plurimum dierum sunt tanto minoris bonitatis existunt. Oua etiam ex diuerso preparandi artificio diuersam bonitatem et maliciam sorciuntur. Debent quidem oua temperate de coqui. ut sint tenera et sorbilia. quia cocta nimis usque ad duriciem dure sunt digestionis et malos humores generant: Quinque tamen modis contingit oua in preparatione differi. aut elixantur aut assantur. aut friguntur. aut in torcellis ponuntur. aut in fisculis miscencuntur. Et ex melioribus preparandi modis est assatio cum cortice: ut est ad lentum ignem. aut elixatio in aqua. Sed auctores maxime laudant oua fracta in aqua decocta. que perdita dicuntur. quia casio depurat ouorum superfluitatem. ut per spumam appetatur. et etiam melius ouorum vapores cortice non impediti exhalant. ut cum hec ex aromatibus bonam virtutem habentibus condiluntur. et post ista in bonitate existunt oua elixata in aqua cum cortice suo integro ut sunt quia in decoquendo eorum humiditatem naturalem conseruant. cum aquae humiditas exiccationi ignis repugnat. Et post ista sunt assata cum cortice tota ut sunt et parumper a cineribus disco operata. ut melior fiat exalatio. et assata in testulis sunt numeris bona predictis. et peiora sunt fricta. quia stomachu[m] gra

uant. et cito in fumositatem atq; putredinem et malos hu-  
mores et colericos conuertibilia sunt: et que in tortellis aut  
in visculis decoquuntur. media. inter friza et elixata exis-  
tunt. Quia preterea mala ut venenum fugienda sunt. et ma-  
xime ab illis in quibus mali humores et proprie in stomacho  
dominantur. quia experimento videmus q; sola vniuersitate  
putredine totum fetore infectum redditur conuiciniū. oua  
testudinis cerebrum confortat. Ideo epileptis auxiliū pre-  
beat: quoniam contra caducum morbum virtutem habent  
oculi caro in capitulo de carne.

**Persica.** **Capi. lxxiiii.**

**P**ersica frigida sunt in secundo et humida in pri-  
mo: non matura et similiter incisa et exiccata  
stiptica sunt: sed matura et recentia velociter  
putrescunt. et in flematicos conuertuntur humores: et ni-  
mias eius usus ad febres quotidianas preparat. Mala sūt  
facilis digestionis et ventrem humidum faciunt. et urinam  
multiplicant. Non matura autem et sicca non sunt boni nu-  
trimenti et dure digestionis sunt. et ventrem constringunt.  
Quæ bene matura sunt et aromaticæ odorem habent sunt  
bona stomacho. et in eis est virtus inducendi appetitum;  
et specialem virtutem habent contra vetorem oris a stoma-  
cho venientem. et proprie si ex colericis humorib; fetor fu-  
erit. Sua ergo proprietate oris odorem bonum efficiunt.  
Persica autem comedenda sunt ante cibum ieiuno stoma-  
cho. post ipsa vinum versus odoriferum bibendo. quia post  
cibum citissime putrefierent. veruntamen licet ita sit. qui-  
dam autores persica post cenam concedunt in modica qua-  
titate. si prius in bono vino et puro mundata remoliantur  
quia os stomachi et superiora membra refrigerant. et proprie-

cum ex assatis carnibus cena fuerit. Namque si cibis tunc  
tus es illorum non super eum: tunc nullum ducimus post cibos nesciunt  
vires etiam in te. **C**ap. lxix.

**P**runa frigida sunt in secundo. humida in tercioz  
quidam tamen dicunt pruna dulcia. ppinqua es-  
se temperamento. Meliora ex prunis sunt dama-  
scena. et parvū sunt nutrimenti. Usus prunoꝝ dulcium sto-  
machuz humectando nocet. ventrem lubricum tenent. et co-  
leram leniendo soluunt. et recentia magis solutiua sunt  
sicca. Pruna virida et pontica mala sunt et noxia absqꝫ nu-  
trimento. Ideo non debent comedi nisi matura. Quę autē  
muza inflamationem cordis sedant. et colericos humores  
reprimunt.

hęc n̄ abitudo. **C**ap. lxx. **Q**.

**P**ira sunt specierum quidam ex antiquis autoribꝫ  
volunt qꝫ pira dulcia et saporosa que absqꝫ arena.  
et aromatatem participant. Sunt in genere om-  
nium pomox laudabiliora. et bonorum humox generatiua  
Verum talia pira vere temperata sunt. et virtutem habent  
letificandi. et confortandi cor. melius qꝫ mala citonia aut  
maciana. sed ut plurimum pira frigida in primo. sicca in se-  
cundo. Bona sunt pira eligenda stomachum confortant. et  
pprie eorum semina. et conferunt tussi. et doloribꝫ ventris.  
licet caro pironum quandoqꝫ ex nimio vsu ventris dolorez  
inducat. et si cocta et cum aromatibus calidis. aut aniso. aut  
coriandro comedantur. nocumentum ab eis remouet. et se-  
cundū qđ diuersa piroꝫ species requirit. sic pira cocta aut  
cruda comedenda sunt. que ut plurimum post cibum come-  
duntur. si ventris fluxus non adest aut non timetur. vt. pi-  
ra dura mollescant et sapidiora fiant. aut elixanda sunt. aut  
super fumum aquę calide suspendantur. Pira quidem post

cibum propter sui stipticitez faciunt boni stomachi sigilli  
lum ipsum confortando. digestionem augendo. et vaporum  
ascensum reprimendo. Pira et eius folia proprie silvestria,  
thiriaca fungor est qui sunt supra in capitulo de fugis.

Cap. lxxi.

**P**ortulaca frigida est in tertio. humida in secundo.  
parui est et non multum laudabilis nutrimenti. Flu-  
xum atque sanguinis sputum et vomitum ex humo-  
ribus calidis factum restringit. calorem extraneum et stomachi  
renum vesice atque urinam ardorem extinguit. Plurimus ei?  
rus pannum quicunque facit accidere in oculo. et appetitum debi-  
litat. licet quidam dicant quod sua ponticitate stomachum et inte-  
stina fortet. desiderium et materiam coitus sua qualitate dimi-  
nuat. et masticata dentium gelationem aut stuporem remo-  
uet. qui ex acrum comestione inducitur.

Cap. lxxii.

**P**etroselinum una ex speciebus apii est calidum et sic  
cum in secundo. licet quidam dicant in tertio. provocat urinam.  
renes et vesicam mundificando. eo quod quod dolo-  
rem remouendo. ventositates et ventris inflationes remo-  
uet. et totius corporis opillationes aperit.

Cap. lxxiii.

**P**oma que dicuntur mala. dulcia. muza. et acetosa. omnia frigide et hunc pplexionis  
sed quod dulcia sunt magis temperie. ppinq sunt. et ace-  
tosa aut pontica. siccitatibus assidua pomorum comestio dolores  
neruorum evenire facit. et ad diuturnam febre corpus pparat. et  
putrescibiles humorum generat. et proprie comestio imaturorum  
pomorum. poma autem dulcia saporosa et aromatica ardo-  
ri et debilitati stomachi conferunt. vomitum retinent et ap-  
petitum inducunt. et si dura et perfecte matura non sunt  
decoctae indigent. et magis si talis pomorum species requiri-

**E**t melius coquendi modus est super prunas eorum semine abstracto. et zucharo aut melle impleri secundum comedentis complexionem. Et poma si sint magna scinduntur cum gladio per medium in duas partes. et cum puncta gladij fiat scissura circum circa inter corticem et pulpam pomae et impleatur zucharo extracto semine: et ponatur super prunas corticem versus ignem voluendo. Ex tali quidem pomo sum decoctione digestiora et sapidiora atque saniora sunt. si enim extinguuntur et ardorem colere reprimuntur et stomachum confortant. et post cibum comedendi possunt. et proprie si cum aniso confecto. aut coriandro comedatur.

**Pastinaca.** **Capi. lxxiiii.**

**P**astinaca apud Arabes Baucia dicitur. Quare est specierum alba silvestris seu campestris et rubea ortulana. Ambe sunt difficilis digestionis. pauci et grossi nutrimenti. seu cocte. seu pro insalatitio. seu per selenculo comedantur. Pastinaca enim confert tussi pleuresi. et idropisi. incitat coitum. et proprie semen eius. bis tanata est. et projecta prima decoctione et secunda. tertio cum laetitia decoquenda est. et cum coriandro. aceto. pipere. cepa et sumilibus condienda est. que aut condita est. facilioris digestio nis existit. frigiditati neruorum. doloribus dorsi et renum conservens. et magis coitum excitat. Omnis pastinaca calida est in secundo et humida in primo. Attendum est apud eos qui silvestres aut campestres pastinacas colligunt. ne cum ipsis aut loco ipsarum. quandam cicute speciem colligerent. que pastinacis talibus multum assimilantur. quia cicuta malos et stupefactios et fere venenosos inducit effectus. Multos enim ex tali errore infatuatos vidi. et fatuorum verba et facta facere quoique civitate accidentia sedata

fuerint.

**Pisces.** **Cap. Ix.**

**P**isces multarum sunt specierum. de quorum natura  
et modo preparandi oportet credere habitantibus.  
In regionibus ubi degunt. Universaliter tamen frigi-  
di sunt et humidi. licet marini minorem frigiditatem et hu-  
miditatem participant. Sed pisces saliti calidi et siccii et quoniam  
pluris saluntur et in salitione antiquarum. tanto maio-  
ri caliditate et siccitate abundant. ideo et salitis piscibus  
parua quantitas comedenda est que rebus pinguibus pre-  
paretur. Secundum quidem diuersas piscum species: que  
fere infinite et ignote nobis sunt diuerse et meliores et dete-  
riores reperiuntur. De paucis igitur nobis noctoribus qui  
bus in italia ad eum magis utimur. fiet infra specialis me-  
tio. Inquit Galenus quod optimus sanguis medius iter gros-  
sum et purum et subtilem et aquosum generatur ex pane op-  
time preparato. et ex volatilibus animalibus ut perdice et si-  
milibus: et huic proximus est ille ex marinis piscibus gene-  
ratus et prope pellagalibus. et paterni pisces sanissimi corpo-  
ribus hominum generant sanguinem medium inter subti-  
lem et grossum: et eorum alimentum est bene digestibile. Sed  
generaliter ex piscibus meliores sunt illi qui non sunt val-  
de magni neque nimium duram carnem habentes. neque sup-  
flua et abominabili pinguedine habundantes in quibus neque  
cenosus odor neque sapor malus existit. et quoque caro non ci-  
to putrescit. dum ex aquis extrabuntur. Et ex piscibus du-  
ram carnem habentibus eligendus est minor et ex mollem  
habentibus carnem eligendus est maior. licet quidam et auto-  
ribus dicant quod pisces medie quantitatis in sua specie sunt  
meliores. et pisces qui apud autores magis laudantur sunt  
marini in locis petrosis permanentes. humanae complexioni

apud antiquos conformiores·quia sanguinem generant tē  
peratum non turbidum et grossuz·sed potius aquoso et sub  
tili vicinioez·Et propter eius subtilitatem velociter a mē  
bris resolubile·sic ut sanguis ex temperato et subtili nutrit  
mento generatur·Ideo fortiter laborantibus qui duro in  
digenz cibo·et membrorum confortationem non proporcio  
natur·sed ociose viuentibus in regimine sanitatis cōfert  
et proprie conualescentibus et senibus·et debiles virtutes  
habentibus·Secundo post istos pisces pelagales sunt me  
liores·quia aquam insalsite bonaz habent et claram·sed au  
riores et pinguiores sunt·et tardius ex membris resolubiles  
licet non sit tantum laudabile nutrimentum·Tercio post  
istos sunt meliores pisces in littoribus arenosarum vel pa  
trosarum aquarum degentes·Tres igit̄ predicte species  
pisciū meliores sunt piscib⁹ fluminalibus·Salsedo enī mari  
me aquę in sumilibus locis viscositates et humiditates redi  
osas a piscibus aufert·ideo tales pisces saporosiores sunt·  
Quarto post istos meliores sunt pisces ex currenti et petro  
so flumine recentium et clararum aquarum·Imo a quibus  
dam tales pisces laudantur ex omni genere meliores·quia  
inter eos Lampredas·trutas·carpiones reperimus·super  
omne genus piscium laudandos·Quinto post istos dicun  
tur esse pisces fluminum non recentium aquarum: neque  
multum currentium:que si iuxta Ciuitates decurrant pis  
ces generant malos et putrescibiles·quia ex immundicie  
illarum ciuitatum inficitur aqua:et maxime si p ipsas trā  
sit·et etiam admiscentur cum aquis vbi linum et similia ma  
cerantur·Sexto sunt pisces lacuuz·vnde aut ex eunt flumi  
na bone aquę aut ingrediuntur·quia piscibus fluminuz fe  
re assimilantur·Septimo post istos sunt pisces in luttoib⁹  
permanentes vbi sunt aquę lutose et turbide et terrestribus  
immundicitiis admixte·Et peiores pisces sunt lacunalium

et paludalium aquarum. ex quibus nec ingressus nec egre-  
sus est fluminū manifeste aut occulte. Pisces vero marinī  
qui in aquis dulcib⁹ ascendunt. aut pisces aquarum dulci-  
um qui in mari ingrediuntur. medi⁹ in or⁹ fluviales et ma-  
rinos existunt. omnes pisces saliti difficultis sunt digestio-  
nis. longam moram in stomacho facientes ⁊ pauci ac illau-  
dabilis sunt nutrimenti situm inducētes ⁊ recentes sangu-  
inem generant frigidum. neruos mollificant. et in corpore  
varie producuntur viscositates ex quibus varie perueniūt  
egritudines. Pisces recentes licet dure sint digestionis. vē-  
trem tamen bumectant. coitum et eius materiam augent.  
et oua multorum piscium et proprie lactentium barzonum  
ventrem soluunt. ⁊ vomitum inducunt. nam quandā vene-  
nositatis speciem retinent. Ideo a tali ouo comestione ca-  
uendum est. Præterea cauendi sunt pisces qui post decocti-  
onem per diem infrigidati sunt: quoniā veneni quandoqz  
qualitatem accipiunt. et acēna inducunt quę et venenosis  
fugis accidere solent. Et pisces assandi. frigendi aut elix-  
andi sunt. secundum quod ipsoꝝ diversa requirunt genera  
ipſos in cum aceto ⁊ aromatibus condiri bonum est. vt eo  
rum viscositas incendat. ⁊ fiat habundanti frigiditati resi-  
stētia. Oia insup brodia pisciū ⁊ tra venena bibita auxiliū  
p̄stant. Et si fiat frequens ex dictis brodiis vomit⁹ morsui  
cornuti serpentis et canis rabidi pdest. Carpio ē et lauda-  
biliorib⁹ piscib⁹ aqꝫ dulciū. boni nutrimēti ⁊ facilis digōis  
dū est recens in prima decoctione qui qnto pluribus deco-  
quitur vicibus tanto durioris est digestionis paucas ⁊ nō  
corruptibiles superfluitates signum est qꝫ p plurimos dies  
durat decoctus ⁊ nō putrescit. Themalus est piscis boni ⁊  
laudaabilis nutrimenti. et est piscis marini exercitii prop-  
ter quod mutilaginem non habet. ⁊ tempatam habet com-

plexionem. quod ex suo bono sanguine comprehenditur.  
Truta est multum similis carpioni in forma et nutrimento. quando in sarcosis fluminib[us] et altis montibus capitur que sicut Carpio plurib[us] decocta vicib[us] diu durat anteaq[ue] putrescat. De truta intellerit Galienus dum inquit q[uod] mul-  
to meliores pisces q[uod] in Liberi sunt qui capiuntur in flumi-  
ne quod Nar dicitur ab altis degens montibus et viuis fo-  
tibus stagnans quidem nunq[ue]. Veruntamen hoc singu-  
lare habet Truta. q[uod] dum descendit ex suis viuis et petrosis  
fontibus ad magna flumina stagna et lacunas est ita faci-  
le mutabilis. q[uod] perdit bonitatem et saporem acquirens. vel  
ex otio vel ex grossitie aquarum. pinguedinem quandam vi-  
scosam et abominabilem. Lutij sunt pisces rapaces. et e[st]  
Lutius rex piscium in aquis dulcibus. sicut Dolphin in ma-  
ri. Est boni et in genere piscium laudabilis et siccii nutrime-  
ti. sive mucosa superfluitate q[uod] in viuis fontibus et curren-  
tibus fluminib[us] capiuntur. Sed in stagnis et grossis aquis  
otio et pinguedine bonitatem perdant. sicut de Truta dice-  
batur. Utricq[ue] sunt pisces velocissimi motus. et maxim[us] exer-  
citii. De Truta expertum est q[uod] ascendit per radios aqua-  
rum et rupibus rapide descendit. Persicus est boni nu-  
trimenti et boni saporis et facilis digestionis. et paucarum su-  
perfluitatum. Salmo est piscis apud flumina Alamonie et  
boni est nutrimenti et boni saporis. sed propter nimiam su-  
am pinguedinem deficit parumper a bonitate nutrimenti  
et boni saporis. Salmo assatus magis assimilatur in sapo-  
re carnibus quadrupedum silvestrium q[uod] piscium. Extra aqua-  
subito moritur. licet cor eius viuat et moueat[ur]. q[uod] cor alio-  
rum piscium. Linca malum grossum et humidum generat  
nutrimentum. Anguilla malum viscosum opiliatum et diffi-  
ciliis digestionis. generat nutrimentum. Aduertendu est in

quo loco anguilla capiatur. qm experimento compertū est  
in coitu cum serpentibꝫ concubinari. et venenosas fieri. An  
guilla magnaꝫ pformitatem babet cum fungis in sapore in  
viscosa humiditate et malicia nutriment. nec mirū cum an  
guilla in genere piscium ex putrefactione generetur. sicut  
fungus in genere vegetabilium ex putrefactione absqꝫ semis  
num et radicum propagatione ortus est. et ideo Anguille  
cum aromatibus condiri debent. et cum rebꝫ earum malaꝫ  
humiditatem corridentibꝫ. Rane multarum sunt specie/  
rum: quę terrestres sunt et saxose. aut arboree virides male  
sunt et venenosae. Ille aut quę in fontibꝫ et bonis aquis ca/  
piuntur sunt ad csum in communī vsu ciborꝫ. et ex eis pos/  
teriores partes renū et corarum comedant. et non sūt ma/  
li nutrimenti. Quidam ex autoribus multū laudauerunt  
ranas ad utilitatem leprosorꝫ. et q̄ multi per comedionem  
ranarum a lepra non confirmata liberati sunt. quod non ē  
a ratione remotum. propter conformitatem quam cū serpē  
tibus habent. Caro enim Tiri et Viperarū ad curam lepro  
sorꝫ laudatissima est. et ergo d̄ Viperis mirabili experimen  
to probauit. Cauende sunt excedentes magnitudinem. quo  
niam de natura Buffonum participare videntur. et cū bos/  
sonibus quandoqꝫ per coitū concubinant. Lampredē dua  
rum sunt specierum. Quędam parue in luto et limis bona/  
rum aquarū degentes boni saponis et laudati nutrimenti.  
palimi magnitudinem non transcendent et in figura lū/  
bricis terrestribus assimilant. Aliae sunt magne ad pondus  
qñqꝫ multarū librarum siue magne Anguille. boni et lauda/  
ti sunt et desiderati saporis. absqꝫ mūtilagine et superfluita/  
te quā ex humo saroꝫ sub aquis existentiū sugendo nutri/  
untur. in stomacho earū nūbil copulentum reperit. Lam/  
prede quidez magis ceteros excellunt pisces in carioze pꝫ

cio q̄ nobilitatis nutrimenti. **Cancri** multarū sunt speci  
erum. quidam sunt marini. et quidam aquarum dulcium.  
et quidam rotundi. et quidam caudati. **Cancri** rotundi flu-  
viales. qui granō vocantur. sunt boni nutrimenti et impin-  
guatini. et proprie si in aq̄ aut in lacte ordei elicitur. vbi  
prius aliq̄ diu morā traterūt. ideo datur pro laudabili nu-  
trimento macillentis et consumptis et febrie ethica labora-  
tibus. **Cancri** caudati qui gambri dicuntur. sunt similes  
cancris rotundis in nutrimentis. si in viuis fontibus et bo-  
nis aquis capiantur. Sunt tamen difficilis digestionis et  
grossioris nutrimenti. si a fecali intestino redeuntur quod  
per medianam caudam de secedit laudabiliores erunt. **Gambi-**  
**ri** marini sunt difficilis digestionis. stomacho nocent et  
propter sal sedinem ventre solvūt. **Gambri magni** marini  
qui locuste dicuntur sunt difficilis digestionis. sed dum di-  
geruntur boni sunt nutrimenti. **Cinis** omnium canceruz  
et proprie cancerorum rotundorum fluminalium. est solennis  
et singularis medicina contra morbum canis rabidi. d quo  
ego vidi mirabiles experientias. etiam Galieno inquieto  
nullum fuisse mortuum qui eo puluere ante aquaruz abbo-  
minationem a principio sit vsus. **Trilia** est marinus piscis  
cteros excedens bonitate saporis et nutrimenti. sed diffici-  
lis est parumper digestionis. propter id quod duram car-  
nem habet. et facile strangibilem et a viscositate remotam  
congruumq; p̄bet homini alimentum. Galienus inquit  
leccatores romanorum admiratos esse sapidissimum trilie  
par dilectionis gratia propter multo argento epatis cau-  
sa grandes trilias emebant. **Pectines** marini sunt boni et  
laudati nutrimenti. Sipie et pisces duarum carnium sunt  
difficilis digestionis et duri nutrimenti. **Ostreorum** mul-  
ta sunt genera. sed ostrea que esui in vsu habemus dum di-

geruntur boni sunt nutrimenti et impinguatiui ac restau-  
ratiui. et ad materiam coitus augmentuz prestat. Cepha-  
lus est piscis qui in mare oritur et in aquis dulcibus . et ra-  
to et aquis dulcibus ad mare descendit . sed libenter ad a-  
quas dulces descendunt . et illi sunt inter ceteros meliores  
boni sunt et laudabilis nutrimenti . Qui autem in stagnis  
et malis aquis capiuntur ita a bonitate degenerant . ut ma-  
li sint et illaudabiles . habet Cephalus quosdam pisces sibi  
similes . et licet non sint eiusdem speciei tamen simile deis  
iudicium haberi debent . Tunni sunt marinii pisces ex qui-  
bus fit tunina . Inquit Galenus . licet recentes sint boni et  
delectabiles . saliti tamen sunt meliores . et similiter Palamides  
meliores sunt saliti . Garde preciosissima sunt piscius  
salitaria delectatōnis et mollicie carnis gratia . Stophis  
pisces qui in Italia quandoque ex Norvegia ubi oritur trans-  
portatur : et est pisces marinus de genere malachiarum non  
habentium squamas . neque duras testas . sed habet cutem  
duram sicut polipus . durat per annos sicut aqua salitara .  
priusquam coquatur oportet ut cum malleis ligneis fortius  
ter percuciendo contundetur . deinde frustatum inciditur  
et elicitur . ex cum aromaticis condimentis facit sapidissi-  
mum ferculum boni et laudabilis nutrimenti . quoniam in  
diebus feriatis limatus que coclee dicuntur quandoque  
utimur loco piscium . ideo de ipsis in hoc capitulo sit men-  
tio . Limacie licet carnem habeant difficile digestibilez  
tamen si degerantur sunt boni laudabilis et restauratiui  
nutrimenti . Pectori et pulmoni conferunt . et proprie  
par confortant . eiusque opilationes aperiunt . Ethicis  
et consumptis prosunt . quia alimentum .

quia alimētum. viscosum generant ab ethicorū calore dif-  
ficiens resolubile. sed prius ab earum muscositatibus ablu-  
te et mundate parentur. et melior modus preparationis  
limaciarum est ut cum testa sicut sunt ponantur in caca-  
bo super igne fere pleno aqua bulliente. ubi stent quousq;  
reincipiat bullitio. deinde capita et pectora que extra testu-  
lam portant dum ambulant ab earum testulis et ventribus  
sequestrantur. et in cineribus voluantur. ubi aliquali facta  
mora ut melius cineres earum viscositate imbibantur ma-  
nibus fricentur. demū cum aqua calida totiens abluantur  
ut omnino a cineribꝫ et muscositate mundentur. post cū sa-  
le et aqua calida et aceto fricentur. demum cum aqua frigi-  
da aliquotiens lauentur. ut albe et clare a viscositatibꝫ mu-  
de remaneant. et tunc elixari aut assari aut subfrigi. aut  
in subtesticis. aut in visculis preparari possunt. et cum di-  
uersis aromatibus et saporibus condiri secundum diuersuz  
coquendi artificium. Testudines sunt multorū generum  
quēdam marine. quēdam aquarum dulcium. et quēdam cam-  
pestres. Et marinārum quēdam sunt magnae et quēdam par-  
ue. et ex tabella magnarum quandoq; sit clipius et aliquan-  
do in tantam vēniunt magnitudinem ut ex earum conca-  
vt inquit Albertus. fiat nauigium magnis nauibus serui-  
ens. sed marinārum nulla est pro cibo aut nutrimento bo-  
na. Testudines que sunt cū testa nigra et longa cauda. nō  
sunt ad eū idonee. licet quidam pauperes eas quandoq;  
comedunt tanquam cibum ineptū et abominabilem. Te-  
studines campestres que degunt in pratis et silvis sunt  
boni et laudabilis nutrimenti: et est cibus nobilium viro-  
rum qui non aliter. imo audiuis pro testudinibus venan-  
tur cum doctis canibus que pro qualeis et perdicibus elix-  
antur abscisis pedibꝫ tibijs capite et toto collo. Quia ista  
ruz testudinū sunt singulis medicina et cibꝫ p̄tra epilentiā

**T**estudines iste conceduntur ethicis t consumptis cū sunt  
impurgative et irrestaurative.

**D**e pane. **Capi. Ixvi.**

**P**anis ex multis conficitur rebus secundum diner  
sarum regionum necessitatē talem in se naturam  
retinens qualem habet illud ex quo confessus ex/  
istit: sed quia triticum inter omnia grana principatum re/  
tinet ut naturę humanae conformior sit. Imo panis ex eo co/  
factus ceteris melior et laudabilior est. quia sanguis ex eo  
generatus temperator est ultra omnem qui ex aliis gra/  
nis generari possit. licet triticum sit complexionis princi/  
pio primi gradus et inter humiditatem et siccitatem tempe/  
ramentum obtineat: tamen panis calidior est. quia maior/  
em caliditatem ex furno acquisivit. Frumentum quidem  
ex quo panis conficiendus est de bona recolligatur regioe  
ex meliori quoq; specie acceptum sit ponderosum plenuz et  
bene maturum: eius exterior cortex rubrosuz cerulus sit. in/  
teriores tamen partes pinguissimas et albissimas habens  
neq; sit antiquū. quia siccioris et deterioris est nutrimenti  
neq; nimis recens illico dum colligitur. q; viscosum et fle/  
maticum generat nutrimentū. epatis totiusq; corporis opi/  
lationes inducit. sit quoq; a puluete et tarlatione preserua/  
tum. et ab omni genere granoꝝ mundum. Frumentum pre/  
terea qd in horreis euentatis granariis conseruare potest  
laudabilis est qd quod sub terraneis fouis reconditur. q;  
eius vapoꝝ euentant. et in sua naturali dispositione con/  
seruatur. sed apud sub terraneas fouas vapoꝝ frumenti  
cum terreis exalationibus admitti ex fouearum obdurati/  
one suffocati malam frumenti dispositionem impendunt:  
cum in se qualitatem habeant nostrę vite contrariaꝝ. unde

multi ex fouearum aperitione. ubi din frumentum reconditum extitit. ilico mortui sunt. Et tali igitur electo frumento mundus panis fiat. et bonum est aqua cum qua conficit parumper salitam esse. Nam enim panis viscositatem removet eiusq; massa fit bene manibus circumdata et confecta. Ex illo enim sapidior: leuior: et nature humane conformior redditur. sitq; bene fermentatus non multum durus. ex fermento eius fit panis ratiore: leuior digestibiliore: et laudabilioris sanguinis productius. et artificialiter secundum unam quancq; sui partem proportionabiliter decoquitur. et per diem ad minus requiescat priusq; comedatur. Panis enim calidus malus est et parum nature conformis. Panis azimus dure digestionis est ventris dolorem et epatis operationem efficiens. et in renibus lapide generat. et azimus etiam. et qui in patella decoctus est et qui siccus et qui antiquus et bis coctus. et qui de simula est. ultra duram eorum digestionem. ventrem constringunt. Panis δ simula melior et nobilior est qdque que de farina conficitur. licet tarde sit penetrationis. panis surfuraceus melius digeritur et nutrit. sed deterioris est nutrimenti et paucioris. et panis male coctus et panis azimus et illis similis non competit nisi robustam complexionem habentibus. et fortiter laborantibus. Panis præterea a superficialibus et cortice mundandus est. pars enim illaninis adusta est et difficilis digestio et humorum malorum generativa. Panis quidem inter magnitudinem et parvitetem modum habere debet. qdque parvus panis cito a furni caliditate penetratur parvum remanens de medulla. et sere totus in cruxa couertitur. Crux enim propter numnam sui adustionem et exiccationem deterior panis pars est. Panis insuper minis magis intrinsecis partibus minus coctus et viscosus ex necessitate consistit. Melius est igitur formam retinere medium. aut

secundum tortulos apud neapolitanorum morem qui laudabilis est cum uniformiter fere ad omnes tortuli furni partes calor attingat. Et ferculum quidem ex pane abluto factum in frigidarium calefactis conueniens. neque opilaciones neque grauedinem generat. Et melior abludendi modus est ut panis medulla per nocte in aqua calida infusa permaneat. et aliquotiens cum frigida abluitur. sic enim caliditas viscositas siccitas et fermenti qualitas a pane remouetur.

Panicum magnam conformitatem habet cum milio. Utrumque est frigidum et siccum. Ex ipsis sit quandoque panis pueraria frumenti. Panicum et milium pauci sunt nutrimenti. et ventrem stipticane. sed et milium est in omnibus naturae humanae conformior. Ex ipsis a cortice mundis uel ex eorum fructibus sunt fercula que laudabile nutrimentum generantur. si cum lacte aut carnibus pinguibus decoquatur. Piper in capitulo de aromatibus. Pisellum in capitulo de Robilio. Porrum in capitulo de Acrumine. pinus in capitulo de grano. pinus Passer. pauo. perdix. pulmo et pedes in Capitulo de carne.

**R**igum calidum est et siccum magis quam frumentum sed temperamento propinquum. est multi nutrienti ad siccitatem declinantibus. sed si cum lacte et oleo amigdolino et zucharo decoquatur. in aqua furfuris infundatur. Sic enim melioris et maioris nutrimenti est. Coitus quoque materiam auget. et corpus impinguat. Si autem cum aqua pura decoquatur ventrem restringit. Rigi preterea superflua et continuata comestio apud solitos habere ventris dolores nocumentum prestat.

**R**obilium. Capitulo.

**R**obilum est species liguminum: quod vulgariter  
dicitur piselli. frigidus est in principio et inter fri-  
giditatem et siccitatem sere temperamentum obti-  
net. Parui est nutrimenti. et malum generat sanguinem.  
neruis quoque impedimentum prestat. neque tantam vento-  
sitatem inducit sicut faba. sed mundata melius generat nu-  
trimentum. Eius brodium contra tussim et dolorem pun-  
gitum in pectore auxilium facit.

**¶ De Rapis. Capi. lxxii.**

**R**apa est in secundo calida. humidia in primo. faci-  
lis digestionis existit. Inter ceteras radices aut  
herbas plurimi est nutrimenti. licet mollem et fle-  
maticum generet carnem. propter sui ventositatez et infla-  
tionem. unde coitum et eius materiam augmentat et cor-  
pus impinguat. et proprie quando in igne coquatur. si pri-  
ma abiecta decoctione in secunda coquantur. a qua tempe-  
riem sue substantie acquirit. et mediocriter inter bonum et  
malum generat nutrimentum. siquidem bina decoctione  
projecta et tertito ex aromatibus condita cum carne ping-  
uissima recoquuntur melius est. et sui ventositas remouetur.  
que autem non bene cocta est ventositatem et corporis opi-  
lationem generat. Rapa pieterea multum urinare facit. et  
contra urinę ardorem valet et situm extinguit.

**¶ De Ruta. Capi. lxxiii.**

**R**uta dicitur que melior est que nascitur iuxta arbo-  
rem fici. Ruta recens calida est et sicea in secundo  
sed que exiccata est. has qualitates habet in tertio  
eius usus proprius est in salatico. splenem stomachum et re-

trem confortat. eorumq; ventositates dissoluit et remouet  
digestionem adiuuat et appetitum inducit: stricture pecto-  
ris confert. et visionem acuit. paralisi et frigiditati neruorum  
auxilium praebet. Aliorum et comestarum separatum odorez  
ex ore obtundit. vermes interficit. desiderium coitus remo-  
uet. eiusq; materiam desiccatur et abscidit. et succus eius bibi-  
tus omnibus venenis resistit. et ut supra dictum est cu; nu-  
ce comesta pestilentie et omni veneno conservativu; auxiliu;  
prestat. Plurimum autem de ruta comedere malum et pe-  
riculosum est. sed attente tamen respiciatur. ne cu; ruta co-  
mediantur virides vermiculi. quos tempore veris i suis fo-  
liis producere solet. qui propter similitudinem difficile co-  
gnoscuntur quoniam mali sunt. et venenosos effectus pro-  
ducentes.

**D**e Roremario. Cap.lxxi.

**R**osmarinus est species libanotis propter odorez  
quem similem habet olibano. et thuri albo. usus  
eius est in salsamentis aut in salaticis. cripellis.  
et ad odorem assatarum carnium. Flos eius vocatur an-  
thos ingreditur in confectionibus cordialibus. letificat. n-  
cor. aperit opilationes epatis et splenis. resoluit in testino-  
rum ventositates. et cerebrum confortat. si ex frigiditate de-  
bilitatum esset. Radix. raphanus. ramoratia. in capitulo 6  
Acumine.

**D**e Spinacia. Cap.lxxii.

**S**pinacia frigida sunt et humida in primo. licet qui-  
dam dicant. q; ad temperainmentum declinent. vir-  
tutem lauatiuam et abstensiua et refertiua. ha-

bent·gutturi·pectoris·pulmoni·epati·et stomacho congrue-  
tia sunt·boni sunt nutrimenti·meliores q̄atā triplices·et p-  
rīc colericis et sanguineis p̄sunt·

¶ De Senatione·alias Cresci-  
one. Capitulum. lxxvii.

**S**enationes quibus pro in salatitiis in ferculo uti  
possumus:quæ in crudis et frigidis et aquis stan-  
tibus oriuntur·quas quidam piper aquæ aut aru-  
cam aquæ appellant vulgares·aut lanares·aut crescentes  
dicunt·calidam et siccum virtutem habent·et bene vrinare  
faciunt·renes et vesicam ab barenulis expurgant·et in ip-  
sis lapidem frangunt·

¶ De Sparago. Cap. lxxviii.

**S**paragus calidus est et humidus in primo·licet qui  
dam dicant·q̄ temperamento vicinus sit inter cę-  
teras herbas fere nutritior existit·Coitus ma-  
teriam augmentat·ventrem lubricat·eiusq; dolorem miti-  
gat·renes calefacit·ipsposq; et vesicam ab barenulis expur-  
gat·vrinam prouocando·ita q̄ ex eorum multo vsu foeta  
odore sparagoruꝫ·epatis et splenis et viscorum opilationes  
aperit·stomacho tamen non multum congruus existit·et a/  
liquando cibi abominationem inducit·

¶ De Sinapi. Cap. lxxv.

**S**inapis in mostarda et saporibꝫ ea utimur·calida  
est et sicca vscq; ad principium quarti gradus·tus-  
si antique et asperitati pectoris cōfert·flema et vis-

cosos humores incidit. humiditates que in capite sunt mis-  
dificat: unde quidam dicunt. q ex illo clarificat intellectum.  
et coitum sua caliditate incitat.

**D**e Semine Canapis. Cap. lxxxvi.

**S**emen canapis pistatur ex artificio. et fit massa ad  
modum magnarum pilarum reducta. et per tem-  
pora conseruatur. unde in quibusdam regionibus  
fit ferculum q multum calefacit. caput grauat. et stomacho  
nocet. usus ergo eius non laudatur.

**D**e Sale. Cap. lxxvii.

**S**al sive minerale sit. sive artificiale. sive aqueum  
multarum manerum est. et quanto plus d sal sedi-  
ne sapit. tanto calidior est. appetitum inducit. et au-  
dius stomachi cibis amplectit. vni melior causat digestio.  
cum hoc qd ex sua natura sal digestionem acuit. fleuma et  
crudos humores incidit. et ipsos a putrefactione preservat  
Salis usus moderato indiget modo. Maior quandoque quan-  
titas fleumaticis conformior est. minor vero colericis.

**D**e Simula. Cap. lxxviii.

**S**imula que laudabilior est ex tritico fit. bene eniz  
primo abicitur triticum. deinde siccatur. et post  
in partes conteritur grossas. cum mola frangitur  
deinde in subtiliores ptes pterit. vt fere intra faricellum et  
flore farine mediū retineat. et d ea superi dictu ē q melior  
panis existit qd d farina. Ferculū tñ ei maioris et melioris  
ē nutrimenti. qd amidū. aut aliud de genere farinæ calorez.

isitum extinguit. et par quoque habentibus calidum cofer.  
Ordeacea vero simula magis intrigidat.

¶ De Salvia. Cap. lxxix.

**S**aluia licet sit quedam silvestris quedam domesti-  
ca. tamen domesticam in usu ciborum habemus:  
ea sicca est in secundo. cerebrum nervos et stoma-  
chum confortat. est resolutiva ventositatum. et aperientia  
opilationum. Salvia a quibusdam iniuste blasphematur.  
¶ ex ea Buffones generantur que animalia sunt venenosa.  
Veruntamen quia Salvia multos habet ramos plenos fo-  
liis grossis et causantibus densam umbram in estate. sub cu-  
ius mansione buffones libenter recurrunt. propter quod ex-  
perti ortulani rutam a que animalia venenosa fugiunt iuxta  
salviam complantant. Scalonia. in capitulo de Acracie  
Starna. Sturtio. Splen. in capitulo de Carne.

¶ De Trilis. Cap. xc.

**T**ili sunt fila aut corrigie ex azima massa confec-  
ta. calidi sunt. et in eis exhumanitas superflua.  
dure sunt digestionis ventrem constringunt. et tar-  
de de stomacho descendunt. epatis et splenis opilationes in-  
ducunt. in renibus et vesica lapidis generationem prepa-  
rant. contra tussim et dolorē pectoris et pulmonis ex calidu-  
tate generatum bonū auxilium præstant. Qui autē eius nocu-  
mentum subterfugere cupit studeat. vt cū carnibus bonis  
et pinguibus decoquantur. aut cum oleo amigdolino et pi-  
pere condiantur. et post ipsos mentam et origanum aut ca-  
lamentum accipiat. et vinum bonum et purum bibat.

**De Tuberibus.** Cap. xci.

**T**ubera supra dictum est. q̄ inter ipsa et fungos erit  
st̄t differētia. oēs enim fungi sunt tubera. sed non  
econtra. difficultis sunt digestionis. et vrinę diffi-  
cultur accidentem inducunt. grossum et melancolinum generat nu-  
trimentū. et illis paralisis et apoplexia et venenosa timen-  
tur accidentia. ut de fungis dictum est. Tuberā enim sapo-  
rū non habent. ex illis meliora sunt alba. ex quibus non ē  
odor malus. et proprie si cum sale et aromatib⁹ condian-  
tur. Attendendum tamen hic quod ea quę in hac regiōe  
terre Tuberā appellantur. neque in capitulo d⁹ fungis. neq̄  
in hoc capitulo de Tuberibus reponenda sunt. Nam anti-  
qui d⁹ ipsis diuersum faciunt capitulum in quo multi medi-  
corum decipiuntur. Inquiunt enim autores q̄ quodam  
genus Tuberum reperitur adunatum et vernicosum i ma-  
gnitudine testiculi. verrutas habēs profundas. oriens in  
barenoſa terra. sicut nascitur Tuberā et fungi quod est su-  
avis saporis valde et ad dulcedinem declinantis. dum ad  
fungos et tubera comperantur. neque auditum est ab aliis  
quo q̄ inferant nocumentum. sicut fungi et tubera. frigidi-  
tatem minorem habent reliquis tuberibus et fungis. neque  
humiditate extranea vacua existunt. cum succitate sue sub-  
stantię ventositatem generando. quod percipitur dum ei⁹  
perfectam sub cineribus decoctionem comprehendere vo-  
lūmus. quia sonum cum ventositate aliqua emittūt. ex quo  
coitum incitat eius materialia augendo. et de isto tubere in-  
telexit Galienus. q̄ Tuberā non sunt malorum humorū  
generatiua. quod suaderi potest propter eorum aromaticū  
odorem. et dulcedine saporis et maxime quando incipiunt  
deigrari. Tuberā oriuntur. circa medium autumni. prius  
alba intus. deinde nigrescere circa biemem. et quando sūt

intus perfecte nigredinis circa primuz veris putrefiunt. et  
in vermes conuertuntur. Multi dixerunt hoc genus tuber-  
um esse calidum propter id quod nix facile sup ipsa lique-  
scit. et parum durat. neque herbe iuxta hęc tubera oriuntur.  
et qđ sua natura propter caliditatem coitum incitent. Veri-  
tas tamen est qđ omnia tuberum genera frigide sunt com-  
plexionis. sed hoc genus propter aromaticum odorē et dul-  
cem saporem minus ad frigiditatem declinare videntur. et  
magis temperamento appropinquare. Hix super tuberib⁹  
facile liquescit. quoniam ab ipsis et pingui terra eis circu-  
stante continuo humidi vapores eleuantur a putredinali  
calido propter quod quedam genera muscaruz libenter su-  
per tuberibus habitant. herbe autem circa tubera non ori-  
untur. quoniam ipsa cū p̄ pinguedinē terre ex putrefactiōe  
generentur. et ex eadem pinguedine nutriuntur et crescunt  
ex qua herbe generari et nutriti deberent. coitum autem  
incitare videntur. non caliditatis gratia sed propter ren-  
tositatem. et propter spermatis materiam: que ex tuberum  
pinguedine generatur. quod autem genus tuberuz huic si  
mille oritur in planicieb⁹ et pratis. et incipiunt oriri circa me-  
dium veris et odorem nec dulcem saporem habent. solo calo-  
ris tempore reperiuntur. odorifera autem et sapida non ni-  
si tempore frigido ab autūno usque ad veris principium re-  
periuntur. Turdus. turtur. testiculus. in capitulo d̄ carne

¶ De Vitis. Cap. xcii.

**U**ta sunt concordes omnes autores vias et ficus  
benē maturas esse ceteris fructibus meliores. et p̄  
arie non nocere. Natura quidem rua laudabili-

le generat sanguinem. et proprie si duobus diebus ad minorem collecta sit antequam comedatur. quia vua si comedatur illico dum colligitur est inflatiua. et deteriores et crudiores humores generat. Si quidem vua bene digeratur impingit. Vnde cortex frigidus est et siccus et difficilis digestionis. et arilli simili ter. Sed pulpa faciliter digeritur. Arilli enim si integre degluciantur integri corpus egrediuntur nullum facientes nocumentum. Qui autem plurimas vuas comedunt. primum eorum corpora a superfluis purgantur humoribus deinde pingue scunt. de quo ortulani verum perhibent testimonium nihil fere aliud quam vuas et fucus proprijs temporibus comedentes. qui se tam inter cetera anni tempora pinguiores cognoscunt. Pinguedo tamen ex vuis et fucibus acquisita est faciliter resolutionis. quia carnem mollem et inflatam generat. ideo vua post collectionem die suspenso aliquo melior dicebatur.

**De Vua passa. Cap. xiii.**

**V**ua passa perimitatem habet cum vuis in dulcedine. austerritate. et ponticitate. sic est in eis quae passule dicuntur dulciores passule ex dulcioribus sunt. et austere ex austerioribus: quae autem dulciores sunt et ad caliditatem declinant. secundum maiorem vel minorem dulcedinem. Et sicut quedam vuarum habent arillos. quedam sine arillis sic similiter sunt passule. unde quando precipitur passulas recipi enucleatas possumus intelligere passulas sine arillis factas. aut passulas unde arille et nuclei extracti et enucleati sunt. Non est in passulis magna differentia seu ex magnis vuis. seu ex parvis facti sunt.

Meliores passile sunt dulces et pingues habentes subtilez  
corticem. epati multum proficiunt. et conformes sunt. eius  
opilationes remouendo. et sanguinis digestivam conforta-  
do. fluxus epati cum sua pprietate confortando. curant. co-  
fortant. splenem aperiunt. vias renuz et vesice renes et vesu-  
cam confortant. plus nutriti passile q̄d vñq̄ recentes et  
sunt melioris alimenti. cōferunt pulmori et tussi. et difficul-  
tati anhelitus. ventrem humidum tenent. Veruntamen li-  
cer omnes passile amicē sunt stomacho et epati. tamē austere  
re magis confortant stomachus q̄d dulces. et sunt magis iti-  
ptice minus humectantes ventrem. quando intendim⁹ nu-  
trire. opilationem aperire. et ventrem mollificare. et epatē co-  
fortare. et peciori prodesse. Debemus sumere passulas enu-  
cleatas pingues. Si autem intenderemus stipticare sūt co-  
medende passile. et proprie austere perfecte cum arillis ma-  
sticate. Veruntamen sicut vñq̄ magnam diuersitatem ex re-  
gionum varietate sorciuntur. ita diuerse passile matres v-  
inas sorciuntur et imitantur. Tini diuersitas ex regionum  
varietate ruarum diuersitatem ostendit.

¶ De Vino. Cap. xciiii.

**U**nū ut inquit conciliator est succus de vitiū v-  
nis expressus. quo nullus existit liquor naturę hu-  
manę accommodator. Nunquam enim ex arte aut  
ex natura aliquid reperiri potuit. quod vices vini i bonita-  
tibus et cōformitate suppleret. Qui autem accumulatas vi-  
ni virtutes. quibus ab auctoribus vinuz extollitur. aut scri-  
bere aut narrare ausus foret. ab ignorantibus vini potius  
amicus q̄d scientibus videretur. sed sufficiat aliquas ex me-  
lioribus suis virtutib⁹ narrare vino quippe moderate sum

Ego nullus cibus aut potus melior est. imoderate vero nul-  
lus peior. Multi enim laudabilis et subtilis est nutrimenti  
ut supra in generalibus regulis dicebatur. Nihil etenim vi-  
no compar existit. Ut naturae defectibus iam cito subueni-  
at. unde apud sarracenos quibus potus vini lege prohibetur  
solum in sincopi et naturae defectibus bibendum conceditur.  
quia illico virtutem refocillat. nouos spiritus et nutrimenta  
tum regenerat. quod cito sua proprietate ad cor impellitur  
nec reperitur cibus aut potus. qui adeo naturalis caloris  
sit conformatus sicut vinum. quia eius calor similis na-  
turali calori existit propter familiare consortium quod cu[m]  
natura habet humana. Vinum quidem si moderate et q[uod]  
opoit accipiatur corporis sanitatem eamq[ue] custodit. vir-  
tures epatis et stomachi digestivas confortat aditus et ve-  
narum orificia aperiens nutrimenta per totu[m] corpus pe-  
netrare facit. sanguinem clarum generat. et quem turbidu[m]  
reperit clarificat. epatis et splenis opilationes aperit. et re-  
nes et vesicam mundificat. tenebrisositatem a corde expellit.  
singulas virtutes et corporis et mentis corroborando. Nec  
tantum corporum. sed animae vires prebet vini moderatus  
vsus. sensus omnes acuit. solertiam prebet. acuit ingenij vi-  
res leticiam atq[ue] audaciam tribuit. tristiciam expellit. labo-  
riosa atque magnalia cum ratione presumere facit. Vinum  
insuper cum debita operatione assumptu[m] omni etati. omni  
tempori. omni regioni. omni complectioni. conforme est. Pu-  
eris quidem vinum modicum et bene limbatum dandum  
est. quia puru[m] dare esset ignem igni addere. Juuenib[us] ve-  
ro in maiori quantitate et minus limbatum quia propter  
eorum cerebrorum et aliorum membrorum similitudinez for-  
titudinem. vinum melius sufferre possunt. et faciliter a vi-  
ni nocturno tueri. Senibus autem vinum confert. q[uod] lac

senum existit vinum. sed propter debilia forte cerebra senū  
non valent sic faciliter a vīni nocimento tueri. Senib⁹ igit⁹  
tur vinum tantum dandum est quantuz tollerare possunt.  
In frigidiori vero regione plus de vīno competit. in cali-  
da autem modicum ⁊ bene limphatum. similiter in hieme  
estatis. sed propter estus ⁊ caloris et sitis extractionē plus  
de vīno in calida regione q̄z in frigida in estate q̄z in hieme  
bibendum conceditur. sed cum pluri aqua limphatum ho-  
minibus propter calidam ⁊ siccām complexionem habentib⁹  
quam coleram discimus vīnum consert. quia colera qui ca-  
lidus et siccus est humor per renes ⁊ vesicam prouocando  
expellit frigide ⁊ humide complexioni. quę fleumatica dici-  
tur. vīnum etiam consert viscosos humores incidit et ma-  
turat. ipsosq̄ sua caliditate resoluti. frigide quoque ⁊ sicce  
complexioni quę melancolica dicitur vīnum prodest. quia  
melancolicos humores labefacit. ipsosq̄ ad exitum faciles  
p̄ebet. sua virtute eorum nōumentum ⁊ caliginem remo-  
uendo. calidis insuper et humidis quos sanguineos dici-  
mus. vīnum competit. quia sanguinem optimum ⁊ clarum  
generat. ⁊ vt supra dicebatur quem turbidum reperit clari-  
ficat. Ex variis insuper rebus vīnum diversificari compe-  
ritur. aut ex regione vbi producit. aut ex diversis virtū spe-  
ciebus. ex quarum viis. exprimitur aut odore aut calore.  
aut potentia ⁊ debilitate. aut recentia. aut decoctione. aut  
vetustate et artificio. Experimento quidem videmus quas  
dam vitium manieras ⁊ quasdam regiones quibusdam lau-  
dabiliora vīna producere. de quibus expertis colonis opor-  
tunum est credere. Vīnum dulce grossum et calidum est. in  
secundo. ⁊ siccum in primo ⁊ heterogeneam continens humi-  
ditatem. Nec tantum laudabile sicut alia vīna existit. gros-  
sum namq̄ generat nutrimentum. sanguinez turbidat. nec  
situm extinguit. imo aliquando ipsam augmentat. quia le-

niter cum aliis admixtum humoribus putreficit · et in cole-  
ricos humores conuertitur · Uinum quidem dulce omnib⁹  
membris vim nocendi habet · pectori et pulmoni quoq⁹ opi-  
lationes aperit · Plurimus autem eius usus hydropisim ge-  
nerat · ideo ad hydropisim preparat · ab usu vini dulcis et  
grossi caueri debet · Acerbum uinum qđ ut plurimum in mo-  
tuosis et vinosis regionib⁹ producitur · a multis autoribus  
frigidum dicitur · pectus stringit · stomachū mordificat · et  
acuti effectus inducit · Uinū ergo quod inter dulcedinem et  
acredinem saporē obtinet · marie ab autorib⁹ laudabile re-  
perit · et proprie si odoriferū aromaticū sit · neq⁹ accutū · neq⁹  
grauē extre⁹ meū odorē habens · De colorib⁹ aut uini experi-  
mentū locoq⁹ vestigare oportet · qđ in quibusdā regionibus  
vina alba sunt meliora nigris · in quibusdā vero nigra me-  
liora sunt albis · sed primum ab autorib⁹ de uino loquēti  
b⁹ aurea subrubea subalbida et generaliter mediū calorem  
hūntia meliora iudicant · Uina potentissima et fumosa cor-  
pora calefaciunt nimis et capita · ideo eorum continuus usus ma-  
ius ē · Uina debilia et aqua parui existunt nutrimenti · Meliora  
ergo sunt qđ inter illa media existunt · Uetusta usus et recentia  
multū vina in eaq⁹ varianē naturā · Recētia uini durat per  
annū aut plus secundū maiore uel minorē uini potentia · Uu-  
nū quidē potēs tardi · iueterascit · aq̄ticū ab citi · et uetustas  
uini in q̄to icipit anno · Illud ergo qđ rōe suę etatis marie  
ab autorib⁹ laudatū existit · ē uinū a fine pruni anni usq⁹ ad  
principiū q̄rti · Uinū · n · nouū et marie qđ exp̄ssiōi propinquū ē  
calidū ē in primo · epatis ē opilatiū · putrefactiū · et humorū  
ebullatiū · uentosū et iflatiū · Uinū antiquū a q̄tuor annis  
supra calidū ē et siccū in tertio · et quanto poterit ē uinū tāto ca-  
lidius ē et siccius · huiusmodi aut uinuz antiquum paq⁹ nutrit  
et cito iebriat · et qñ supflue iueterascit · amarū acq̄rit saporē  
et propria uini naturā pdit · et ei⁹ us⁹ ē mal⁹ · uinū tñ mediū a

primo usque ad quartum calidum est et siccum in secundo.  
illud ergo ut in predictis colligitur laudabilis est vinum  
quod odoriferum et aromaticum neque decoctione adustum ne  
que artificiatum sed inter dulce et acerbum inter album et  
grum inter poteris et aqueum inter recens et vetustum me  
dium obtinet. Ex artificio insuper vinum diversam natu  
ram acquirit quia secundum diversas eius species decocti  
onem amat et illud ideo eius mustum decoctum est vinosus  
et potentius et fumosius redditur quia partes vinose in mu  
sto sunt cum terreis grossis admixte et semper in decoctione  
grossiores partes retinent vel remanent et aqueae que respe  
ctu vinosarum cum terrestribus admixtari subtiliores sunt  
et tali decoctione resoluuntur ideo vinum coctus quia mi  
nus est ex aqueis partibus admixtis tardius putreficit et lo  
giori tempore conseruat. Vinosum igitur remanet et aquo  
sum virtute ignis evaporat. Cuius contrarium fieret si vi  
num perfecte et in vegetate depuratum decoqueretur. Sicut  
apud distillantes aquam vitis appareat ubi vinose et poten  
tes vim partes per fumum elevantur et in aquam ardantem  
quam aquam vitis aut vini dicimus conuertitur. Aqueae pa  
tes absque sapore sicut aqua in fundo alembicis distillationis  
residet. Nam vinose partes a terrestribus focalibus in fun  
do vegetis residentibus sequestratae subtiliores aquis redi  
duntur et quod subtilius est citius er igne resolutur. Ex an  
tiqui igitur et depurati vini decoctione vinosus resolutur  
aqueo remanente cuius contrarium de musto videtur. Sin  
gularem vero proprietatem habet vinum et omnium rerum  
secum admixtarum sicut in ipso decoctarum virtutem ex  
trahat. Unde quidam ex antiquis medicis omnes egritu  
dines cum vino curabant. Tempore namque vindemia  
rum diversa musti vegeticula ex medicinariis decoctione

secundum varias egritudinum exigentias preparabant. et  
sic vina siruporum et medicinarum virtutem habentia. se-  
cundum q̄ vna quęque egritudo exigit reseruabant. Verū  
tamen si quis in hieme p̄senti anni viuum bibere vellet.  
duobus modis meliorari possit. quibus etiam principes li-  
bentur vtuntur. Colligantur vne bene mature t per tridu-  
um soli erponantur. quousque aliquantis per passentur. de-  
inde genera sequestrando racemi proiciantur. et granoruꝫ  
equantitas sit tanta. vt medium vegeticulum imponatur. t  
desuper bonum mustum imponatur. quousque totum ple-  
num sit. Tale vinum cito clarescit. t licet nouum sit non  
est epatis opilatium. neq; ventosum inflatium. neq; hu-  
morum ebullitium. et iste potus principibus et delicate-  
vmentibus a medicis libenter conceditur. Alter modus  
vt accipient musti tres partes et aquę vna pars t misceant.  
et bulliant vsque ad quarti partis resolutionem t reponant.  
Tale vinum dicitur ablutum. et licet nouum sit. malicias  
tamen noui vini deperdit. De artificio tandem vini bonū  
est credere bis qui tali exercitio vni sunt. Immoderatus et  
superfluis vini usus anime et corpori t moribus pessimus  
existit. Virum effeminat. discursus ingenium ingrossat.  
infima resplicere facit. t magnalia abhorrete. nec tante vir-  
tutis est moderatus vini usus quante malicie immodera-  
tus existit. cerebrum et eius virtutes debilitat. tremorem.  
paralism. apoplexiā. t spasium generat. Nec vnu has  
malas passiones inducit. ratione sue qualitatis. quia iste e-  
gritudines sunt frigide. t vinum est calidum. sed vt inquit  
Aristoteles. tercia particula problematum. Vinum ea ra-  
tione qua calidum istis egritudinibus resisteret atque pro-  
dederet. sed per accidens eis nocet atque ipsas eueniare facit  
quia vinum est penetrantium et facit humores viscosos et  
crudos ad membra longinqua. t neruos penetrare qui per

se impetrabiles forent. et sic talis frigiditas egreditur in  
ducit. preterea vinum in multa quantitate potatum in sto  
macho non digeritur. et propter suam amicitiam et confor  
mitatem quam cum natura humana habet. attrahitur a me  
bris indigestum ubi ex sua indigestione acescit et acetum e  
neruis inimicum et frigidarum egreditur inductum.  
Immoderatus insuper vini potus ebrietatem inducit. et fre  
quens ebrietas sensus omnes obtundit. et singula membra de  
bilitat. Ebrietas quidem multas habet causas. qui enim de  
bilis sunt cerebri citius inebriantur. quia non est potens cere  
brorum resistere vinosis vaporibus et eorum nocimento.  
ideo tales vini boni potionem. aut absq; multa mirum aqua  
caueri debet. et qui minus vinum bibere cosueuerunt facili  
us ebrietatem incurruunt. Potatores et tabernarii difficili  
inebriantur. quia eorum cerebrum acquisiuit ex consuetudin  
e vini quandam resistantiam. per quam vini nocimento  
resistit. Famellia insuper et modico utentes cibo facilius in  
ebriantur. quia vini ad caput ascensus a nullo fere impedi  
ti facilius in ebrietatem inducunt. Vinum insuper decoctum  
fumosum et potens citius inebriat. et quedam res cum vino  
admixte ciciorem et maiorem ebrietatem inducunt. sicut vi  
ne infuse cum vino. lignuz aloes leviter et absq; nocumen  
to dulce somnum cum ebrietate inducunt. eaq; fortis ebri  
etatem inducunt: vel efficiunt sunt limpbare vinum cum  
aqua ex decoctione lolii. et fortior est aqua ex decoctione ius  
quiani aut mandragore. Fortissimum est autem opium. et  
similia: et confectiones aliquae composite sunt. ebrietatem in  
ducentes scribere non oportet et vinum cum pauca aqua li  
phantum citius inebriat q; vinum purum et si forent vini oc  
to partes. et aqua una quia aquitas modica facit citius pe  
netrare. sed remedium ebrietatis et crapule est somnus lon  
gus aut subitus vomit. potus acetositatis citri: aut pot?

vini citoniorum aut sumere coriandrum siccum tritum cū  
tantundem de zucharo albo in quantitate duorum coclea/  
tiorum. et post bibere citoniorum et bibere aquam frigidam  
cum aceto ebrietatem sedat. et potus olei suri remouet ebri  
etatem. et similiter comedere caulium. ut in problematibus  
suis narrat Aristoteles. Odorare autem camphoram. et san  
dalos aut per se aut cum aqua rosata mixtus crapulam et e  
brietatem alleuiat. et comedere micas panis in agresto. aut  
in aceto. infusas prodest. Et multas confectiones composu  
erunt antiqui ebrietatem et crapulam remouentes. quas su  
persluum foret hic scribere. Uhera. venter in Capitulo de  
carne.

**D**e zucharo. Cap. rcr.

**Z**ucharum dicitur mel canne antequam depuret.  
et est solutum et abstersuum. Sed zucharum  
depuratum est calidum et humidum in primo. bo  
num generat nutrimentum. pectus aperit. et ipsius asperi  
tatem lenit. stomacho prodest. sed in colericis stomachus  
facile ad coleram convertitur. Usus zuchari apud sanos  
est in confectionibus et talem acquirit virtutem. qualis est  
res cum ipso confecta. zinciber in capitulo de aroma/  
tibus.

**A**nime passiones. Capu  
tulum Nonagesimum sextum.

**A**ffiones aīc licet ultimo scribant̄ loco: digniores  
tñ existūt. vt attētiori solertia ab eaꝝ ipressionibꝝ

preseruemur. Nam multi comperti sunt quos magnus timor aut ira aut immensum gaudium interemit. cu ergo sit mors ultimum terribilium facile poterunt varie egritudines ex talibus animq; passionibus euenerit. Ratione insuper et experientia ex antiquis accepimus. multos gaudio timore ira. et aliis similibus morbos accidere et accidentibus multis curatos suisse. quoniam anima nostra cordiales spiritus pro instrumento ad equeendas suas operationes exercet. Sunt enim spiritus vehiculum virtutum animq; per unius corpus. et secundum diversos spirituum mortuorum vel a corde ad extremitates seca membra vel ab extrinsecis membris ad eos imprimuntur vel diverse qualitates vel in calore vel in frigore. In timore enim tristitia infrigidantur extrema. In ira et furore aut distemperato gaudio calefunt. et propter has causas possunt temperate animq; passiones conseruare sanitatem et dis temperate passiones. morbos inducere aut morbos curare Inter ceteras enim passiones. quas fugere aut insequiri propter sanitatis conseruationem debemus. sunt amor. gaudium. desiderium. spes misericordia. seu compassio. audacia. tristitia. odio. abominatione. desperatio. timor. ira. et furore. tedium. inuidia. zelotopia. de quibus presentis non est intentionis. ut animam aut ornant. aut deturpant dicere. Nam illud pertinet ad illam philosophie partem que de moribus solet tractare. quam philosophi tradiderunt. non ut sciamus sed ut boni siamus. Sed solum presentis intentionis est ut ad corporis sanitatem iuuentum faciant. Inquit Galenus primo de sanitatis conseruatione. qd mores animi corrumpuntur ex malis consuetudinibus in cibis et potibus. in gynnasijs et malis consuetudinibus. inspectionibus et auditibus. et qd oportet medicum qui debet sanitatem custodire studere ne mores animi corruptantur. non ut philosophus ut hominem faciat virtuosum. sed ut non facile in

egritudinem deterrat corpus. Etenim furoz ira fletus tristitia. et sollicitudo apluris oporeat seorum et alias egreditudinum sunt principia. et inquit malos mores cum bona sanitatem non posse existerem. Gaudium si magnum sit et subitu aliquando interficit et sincopes fatigates. malas conditones inducit. Nam cum ex veritate philosophica concludatur omnium nostrarum operationum animam esse principium et efficiens. et spiritus et naturalis calor sunt obediens. quoniam instrumentum in suis operationibus. cum subito presentatur obiectum intense letitiae spiritus et naturalis calor velociter expanduntur ad membra et trinsecata et resoluuntur. et linquendo cor et cetera membra depauperata spiritu et calore. et aliquando est tam subita et inordinata vitalium spirituum ad exteriora expansio et resolutio. ut cor quod est nostre vite fons oino absque spiritibus remaneat. et mors accidat repentina. cum tres fratres apud ludos olympiades ex diversis agonibus victoriam nacti eorum coronas ut mos erat super caput patris imponerent. pater illico pre nimio gaudio ante filiorum pedes mortuus cecidit. Mulier romana ex intensa et inopinata letitia amplectu filii in eius brachiis expiravit. suas quidem erequias veluti de mortuo in romanorum conflictu apud cannas celebraverat. Itaque mulier quem grandi dolore mori non potuit. est a subito et nimio gaudio illico interempta. sed nunquam tali morte prudentem aut forte virum contingit interire. Nam cum prudens nouerit hanc nostram quam vidam dicimus interire et mortem esse. et mundum hunc turbidum et tenetiosum labyrinthum caribidos aqueis plenum esse venenosos. scilicet blanditiis intellectu imperio passionibus et spiritibus frenum ponet. et quocunque intensissime presentato obiecto spiritus temperatis monitionibus moueantur. et aliquando gaudium non repentinum contigit. sed continuum.

et inordinatum tunc sit continua et paulatim spiritum ad exteriora expansio et resolutio. Inde virtus paulatim debilitatur. et mors evenit non repente aut varia sequuntur accidentia secundum diuersas passuri corporis dispositiones. Tristitia siue animi dolor contraria est gaudio. et ex ipsa aliquando mors repentina aut paulatim contingit. presentate enim obiecto et novo. ex quo accidat tristari spiritus. et natura calorem ab extrinsecis membris ad cor. et intrinseca membra concurrunt. exteriora gelida naturali calore depauera delinquendo. et est aliquando tam intensa tristitia ut inordinate spiritus ad cor subito concurreat. et cuius cor sit subitorum spirituum paruum receptaculum subextinguuntur et suffocantur. ad quorum suffocationem sequitur subita nostrae vite extinctio. qd si tristitia sit inordinata non tantum intensa aliquando remis et continua suffocatio et nostrae vite paulatim consumptio. pro sanitatis igitur conservazione sumopere ad temperata gaudia et solertia alacria conari debemus ut qd possibile sit letete viuam. Moderata cum letitia. spiritus naturalem calorem ad exteriora expandit membra. clariorem sanguinem facit. ingentium acuit. intellectum solertiorum efficit. et viuidum colorem placidumque aspectum inducit. atque totius nostri corporis virtutes exercitat. et in eorum operibus agiliores prestat. Quelibet tamen tristitia quantum facultas aderit fugiatur. Nam nullam unquam corpori nostro per se virilitatem conferre poterit. imo praeter ea que supra dicta sunt intellectum ebetem et errantem facit. sanguinem turbidum generat. pallidum colorem et aspectum horibilem efficit. et virtutes omnes in tediisqz segnitiem inducit. Sed aliquando tamen tristitia per accidentis virilitatem prestat singultum de repletione sedando. Nam in tristitia aut animi dolore propter retractionem et spirituum unionem ad membra intrinseca ignoratur natu

ralis calor. et consumit illas superfluitates in stomacho. que  
singultum inducebant. Inde est quod qui tristantur. aut  
alij compatiuntur. aut de tristabili recordantur. aut rem  
aliquam effice excogitant. Unde calor atra nunquam  
singulantur. ut infra de timore patebit. quod si fallaci impel-  
lente fortuna tediosa emergant noua. aut tristabilia presentem  
tur obiecta. oportet pro sanitatis conseruatione quantum po-  
terit a tristabili impressione preservari. atque forti et virili  
animo ne apud mentem complacentur insistere. tum cum  
amicorum consolatione qui prudenter simul condolendo.  
pondus doloris alleuent. aut diverso solatio secundum im-  
pedientem. Materiam animum patientis allitiant. tum ex-  
cogitando fortune ludos non nouos esse: uno ut plurimis  
grauiores suos ictus viris illustribus contigisse. et fortunam  
nulli dignitati parcere. seqz ipsum inferioribus com-  
parando et quascunque virtutes aut dignitates aut cetera  
bona que ex deo sibi absque quod per se mereatur concessa  
sunt. continuo premeditari et altissimo grates referre. Sed  
ex melioribus remedijs ad tristitiam est qd ratio sensuz vin-  
cat. Nam aut fatuus aut demens incurrit. Sed prudens ille  
eo ratione a seipso has animi turbulentias procul eiicit.  
Nam cum de labili tempore non nisi momentum impercep-  
tibile habeatur omnis cum tristitia: aut de praeterito aut  
de futuro erit. Fatuum est enim rem praeteritam. aut irrecu-  
perabilem deplozare. clara prohibet ratio id virum exequi  
quod obesse potest. prodesse nunquam. De futuro qui  
dem aut verius aut contingens erit rei eventus de quo  
accidit tristari frustra. Tristamur namque de eo quod  
impossibile est aliter esse posse. Si qd contingens erit sic  
contingenter poterit esse tristari illi? qd deploratur accidere.

¶ si certe tristantem rem futuram videmus. cum nostra vi-  
ta incerta sit: continget aliquando de rebus non nostri: sed  
alieni temporis deplorare. Iusuper cum prudens nouerit  
accodata fons unę dona nec bona esse. nunquam de eorum  
ammissione dolebit. Somnus prius terea aut solatio sum exer-  
citu dū fieri poterit: tunc tristē animi passionez sedare so-  
lent. Ab intenso insuper et nimium ad rem unam affirio a/  
mōre caueri decet. Siquidem in aliquibus ultra quę deceat  
affira dirigatur affectio emergit illico solicitudo quędā et  
semifatua et melancolica passio. ad quam sequitur iordina-  
tus fluxus et refluxus spirituum et naturalis calor ad cor. un-  
de diversificatur anhelitus et variatur pulsus et ut propter  
oblivionem anhelandi et inspirandi aerem apud oportunā  
anhelationem accidant. et anhelitus interceptio. Et tantu/  
crescit aliquando apud animam intensus feruor: ut influ-  
xus et virtutes eius a digestiis et motiis operibus distra-  
bantur. unde sequitur corporis macilentia et debilitas. pa-  
lescitque ruitus et ad varios moibos et acutas febres inducit  
prius amentiam et propria commodi oblivionem. Persepe  
enim videmus quę multi ex repatriandi amore ex filiis et a/  
miciis. aut ex rebus aliis ultra modum dilectis. semifatui et  
egretantes sunt. Infinite quidem sunt satiutatis species.  
odium insuper amori contrarium est. et ex ipso ut summa-  
tim dicatur propter concursum caloris ad intrinsecum: om-  
nia fere mala accidentia sequuntur quę superius de tristi-  
tia narrabantur. Ab odio ergo solerti studio caueri decet:  
ut supra de tristitia dictum est. Solum enim vitiū odio ha-  
bere debemus. unde sequitur virtutum amor. et ex conueni-  
enti naturalis letitia: quę tantum ad sanitatem proficia di-  
cebatur. sed temperatum et debitum rerum amorem. quan-  
tum possibile est conari debemus. quia amor est multarum  
bonarum virtutum anime et cuiuslibet gaudii principium

quod ad sanitatis conseruationem. magnum auxilium prestat. quia primo rem quam bonam credimus amamus. et postea emergit rei illius desiderium et habendi sollicitudo. et tandem in eius fruitione comitante amore sequitur delectatio. pari modo rem quam malam credimus habemus odio. deinde consurgit rei illius abominatione. et tandem si odiosa res contingat sequitur tristitia et dolor animi. Ex predictis manifestum erit quod dum debitum et moderatum est rei desiderium proportionari. et secundum immoderatum nocentis rei odium debet esse illius abominatione. Ab immoderato ergo desiderio. et immoderata abominatione. que desiderio contraria existit. cauendum est quod ex ipsis sequuntur mala accidentia similia illis que de tristitia sequebantur. Imo ex immenso desiderio successat optate rei adeptio sequitur immensa tristitia. que tantum sanitati infesta dicitur. et simul ex immensa abominatione sequitur super casum exose rei eventus contingat inesse. Ab immoderata insuper spe. et desperatione pro conseruanda sanitate utile est caueri. Spes quidem circa bona ardua et possibilia. aut ea que secundum rationis iudicium contingere nequeunt. neque ad cetera talia animi figura adhibenda discreti viri erogitatio et fantasia. Nam ultra hoc quod viri a propriis commodis et bonis meditationibus alienum efficient corporis sanitatem impediunt. Cum quidem superuenit ratio et speratam rem impossibilem aut de raro contingente iudicat illico desperat. et cum intensus utplurimum sequitur animi dolor et tristitia. quanta fuit et circa speratam rem affixa premeditatio. Nec de his futuris bonis que recto et rationabili iudicio sperari debent. desperandum est. quia cum desperatione comitatur tristitia et animi dolori sanitatis conseruationem impediens. Ergo qui

humilis et magnanimus est suos affectus cognoscit · propriae facultates et emergentes fortunas mensurat nunquam aliquam rem aggreditur et premeditatur · unde nunquam ante tempus desideranda re desperat · qd si spes sua ex contrario euentu aliquando prudentem fallat · ad illa recurrie remedia quæ supra de tristitia dicebantur · Ab immensa audacia et temeraria aggressione arduarum rerum ex quibus posset subitus et immoderatus timor accidere caueri debet Nam magno imminente timore calor naturalis et spiritus extrinseca membra derelinquunt · et ad cor tanquam ad eorum arcem et principium nostre vite refugiunt · Unde palecit vultus · et gelidus quida tremor exterior pars in creditur · et cutis circa pilorum radices ex fuga caloris ad cœtrum condensantur et constringuntur pori unde exirent propter quod in timore omnes sere corporis pili eriguntur · Et quandoque est tam intensus timor ut propter subitum et inordinatum confluxum spirituum ad cor accidat ipsorum repentina suffocatio et mors · aut corpus inueterascit et alias malas egritudines inducit · Unde unus ex antiquis autoribus narrat · qd quidam iuuenis dum suspensus per cistam traheretur · ut pullos falconum acciperet · et truncata fune ex eminentissimo caderet loco · illico sere totus cancellatus est · Multi insuper iuvenes et parvissimi temporis naufragio imminente mortis timore inueterati sunt · Multi et in carceribus per paucos dies detenti de futura certificata morte ad duplam sere etatem antiquiores iudicant Ad medicos plures paralitici ex timore facti concurrunt · Quanto ergo possibile est debemus timores et timoris causas fugere · Prudens enim primo parumper timorem et timoris causam · studiose perquirit antea qd rem arduam et ante proprias vires aggrediatur · primo aggressu se fortez

Audacem prebeat omnem penitus timorem procul eiendi-  
endo. q; si fortuito euentu aliquid extimendum contigerit  
Aibil quippe apud humnanum genus maius morte timeri.  
solet. cum trito dicatur prouerbio vlt̄rum terribilium es-  
se. Tunc quidem ratio et animi fortitudo scipsum vincat:  
vt firmo et audaci iudicio si consulat. neque mortem timē-  
dam. neq; optandam esse. quoniam frustra timet quod evi-  
tari non potest. aut optatur quod illico euenturum est. Nam  
Mamantiua lege oritur vniuersisque ut moriatur. Audaci  
ergo animo insistendum est. nam nullus maior hostis in  
mortis periculo q; timor. Ipse quidem ingenuū et rationis  
discursus. obumbrat. et corporis vires dum illis maxime  
opus est anibilat. vnde solet vtplurimum pernities euita-  
ri. Aliquando tamen per accidens timor iuuamentum p̄  
stat. Sedat enim singultum si ex repletione fiat. Nam pro-  
pter retractionem spirituum ad membra ex paruo timore vi-  
goratur naturalis calor ex propria vnitate in membris cen-  
tralibus cum virtus vnta maior sit seipsa dispersa. et eius  
vigatione sequitur citior consumptio et facilior resolutio  
materierum mordicantium os stomachi. vnde singultus can-  
sabatur. Et hec est cautela mulierum dum singulant pue-  
ri. imponere illis timorem ut singultus citius reprimatur  
Eadem ratio aqua frigida si subito absque preuisione pati-  
entis in eius faciem proiciatur singultum sedat. facit enī  
naturalem calorem ad interiora redire et citius materiam  
singultum causantem resoluere. A fide digno audiui quen-  
dam ob grandez timorem a quartana curatum tumultuan-  
te ob civiles factiones sua civitate armis dum a quartane  
proxime premebatur. Alterum autem legimus a quarta-  
na liberatus propter duos serpentes clam in lecto iussu me-  
dici iuxta febrentem impositos. Eb aspectu insuper et fre-

quenti rememoratione terribilium et fortis torum casuum:  
et a flagellatis et dolentibus et generaliter a miserabilibus  
personis quibus compatiri oporteat. aut quibus ex naturali  
inclinatione miserendū sit. caueri decet quia ex hoc illa ma-  
la accidentia pro sanitatis conseruatione sequuntur q̄ et  
tristitia sequi dicebantur. Et similia etiam accidunt de re-  
bus ex quibus verecundari contingit. ideo ab omni opere  
et commissione negotiorum ex quibus verecundari oportet  
abstinere decet. Ab ira etiam cauendum erit. Nam cōtra  
ira. ut inquit philosophus sic ebullitio sanguinis circa co-  
propter appetitum vindictę. ut quis de illata iniuria punia-  
tur. Et tali ergo ebullitione. sicut ratio et quod anima testa-  
tur experientia. accidunt febres bona humidatum consum-  
ptione male atque varie corporum dispositiones. Parī rati-  
one cauendum est. ne in furorem incidamus. ex quo ea ma-  
la accidentia sequuntur que de ira sequi dicebatur. licet au-  
tores ponant differentiam inter iram et furorem. quoniam  
furoz est passio absque appetitu vindicē. et q̄ temperata i-  
ra que apud philosophos inter mozales virtutes numeran-  
tur. sua ebullitione et accidente caliditate calorem naturalē  
debilitatum aut sopitum confortat et ex perge facit. et ad bo-  
nam sanitatem inuamentū p̄ebet. Similiter ab inuidia ca-  
uendū est. q̄ ex ipsa sunt accidentia et passiones. que ex tri-  
sticia sequebant̄. cum tristitia nihil aliud sit q̄ inuidia et a-  
nimī dolor. de apparenti bono alterius. zeloz opia autem  
ad timorem reducit. cum non sit nisi timor amittendi pro-  
pria bona que plurimum diliguntur. cum molestia animi et  
solicitudine. et intantuz crescit aliquando amittendi timor  
aut stimulosa sollicitudo ne dilecta bona perdantur. aut do-  
lor et tristitia. dum defendi aut custodiri nequivierunt.  
quod sanitati maximum nocuementum inducunt.

omnes naturales virtutes debilitat digestuam impedit appetitum prosternit suspiria et anhelitus difficultatem facit et tam animae quam corporis virtutes eneruantur. Ideo a zelotopia et causis zelotopiam inducentibus fugiatur. De passiones dum modum transcendunt ad sanitatis conseruationem nocentur. De coitu autem in hoc libello nil precipitur aut prohibetur tum propter honestatem regionis. tum etiam quia in hac ultima et deteriori etate nostra aut nosipsi experti sumus aut apud otiosa colloquia ab expertis audiimus quod immoderatus et superfluus eius versus et proprie subito post stomachi repletionem aut crapulam magnum nocentum infert. Moderatus vero ad sanitatis conseruationem iuuentum prestat.

**C**Finis huius libri.

**C**Registrum huius libri.

**C**Primum vacat.  
Senationibus.

**C**tuberibus patebit.  
De lactuca.

**C**corpus quod  
multi sui.

**C**uant et cito  
fuerint.

**C**que ex fungis.  
vase quiescentibus.

**C**trem confortat.  
de tuberibus.

**C**sunt caules.  
carnium.


**C**egritudinem deueniat.  
quod ad sanitatis.

b. 2. 6. cap. 2

• Після відмінної таїтійської візіті відбулося  
 засідання, які відбувалися під керівництвом  
 Марса. Учасниками засідання були представники  
 всіх підприємств та установ міста, а також  
 обласного уряду та міністерства фінансів.  
 Учасники засідання відзначили, що відбулося  
 зважене рішення про відсутність поганої відгуків  
 від експертів Рівненської обласної прокуратури  
 та експертів міністерства фінансів.  
 Учасники засідання відзначили, що відбулося  
 зважене рішення про відсутність поганої відгуків  
 від експертів Рівненської обласної прокуратури  
 та експертів міністерства фінансів.

Адміністративні

Інформація	Інформація









NURCIA.  
(BENEDICTUS)





